This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



Amico suo singulari rev. Jac: Nasmith
hanc M PARKER *effigiem* D.D.D.
A. Tyson

74

CATALOGUS
LIBRORUM MANUSCRIPTORUM

QUOS

COLLEGIO CORPORIS CHRISTI ET B. MARIÆ VIRGINIS

IN

ACADEMIA CANTABRIGIENSI

LEGAVIT

REVERENDISSIMUS IN CHRISTO PATER

MATTHÆUS PARKER,

ARCHIEPISCOPUS CANTUARIENSIS.

Cambridge. University. Corpus Christi Coll. Library

EDIDIT JACOBUS NASMITH, A.M. S.A.S.

EJUSDEM COLLEGII NUPER SOCIUS.

CANTABRIGIÆ,

Typis Academicis excudebat J. Archdeacon,

Veneunt apud J. Woodyer, et T. & J. Merrill, Cantabrigiæ; T. Beecroft, T. Payne, T. Cadell, B. White, J. Nourse, P. Elmsly, et J. Robson, Londini.

M.DCC.LXXVII.

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

VIRIS REVERENDIS

MAGISTRO ET SOCIIS

COLLEGII CORPORIS CHRISTI ET B. MARIÆ VIRGINIS

IN

ACADEMIA CANTABRIGIENSI

HUNC

CATALOGUM

EORUM IMPENSIS TYPIS MANDATUM

GRATO ANIMO

D. D. D.

EDITOR.

PREFATIO.

CUM *aliquot abhinc annis in collegio noſtro verſarer, ab amico quodam rogatus codicem MS. in bibliotheca ſervatum mihi evolvendum ſuſcepi. Hinc forte evenit, ut non ſine admiratione invenerim catalogos MSS. ea quidem feſtinatione plerumque eſſe compilatos, ut neque de nomine autorum neque de contentis codicum fides ſemper eis ſit adhibenda. Prodiit ſane primus catalogus MSS. qui hanc bibliothecam illuſtrant, in Ecloga cl. Jameſii, et illinc in Catalogum MSS. Angliæ et Hiberniæ tranſcriptus; in quo pluſquam centum codices omittuntur, et reliqui nulla fere deſcribuntur diligentia. Satis habuit compilator, ſi indicem in fronte cujuſvis codicis occurrentem, ſæpe a neoterico quodam imperite et jejune factum tranſcriberet. Hunc quidem feliciore auſu ſecutus eſt Stanleius, qui collegio præfuit regnante Gulielmo III. ipſe enim codices ſingulos examinavit, et catalogum etſi ſuis numeris haud abſolutum; priori tamen multo limatiorem condidit et in lucem edidit. Sed deſuere viro alioquin doctiſſimo multa ad hunc laborem adjumenta, quæ poſtea ſuppeditavit hujus ſeculi induſtria: haud mirum igitur ſi de antiquitate MSS. ſæpe perperam judicaverit Stanleius; et condonandum viro aliis curis impedito, aliis literis intento, ſi multa vel intacta vel ſummatim perſtricta præterierit. In eis, quæ ad rem eccleſiaſticam et antiquitates præſertim eccleſiæ Anglicanæ pertinent, nihil fere deſiderandum reliquit; in cæteris plerumque remiſſior fuit. Credidi igitur et Collegii famæ et reverendiſſimi benefactoris memoriæ, orbiſque litterarii commodo me conſulturum, ſi horas ſubſecivas in tanto antiquitatum eccleſiaſticarum et civilium theſauro eruendo deſcribendoque conſumerem. Ad opus igitur me accinxi, haſque mihi impoſui leges. Primum ut formam et antiquitatem ſingulorum codicum deſcriberem: in qua deſcriptione cum mihi neceſſe fuerit conjecturis plerumque niti, non diffiteor me ſæpius erraſſe; eadem tamen utor apologia, qua ſimili*

in

in re uſus eſt cl. Caſleius. Poſt hanc qualemcunque codicis deſcriptionem ſequitur index ſingulorum articulorum, qui in eo continentur; in quo condendo mihi religio fuit veteres titulos ad amuſſim tranſcribere, alienumque omnino a propoſito judicavi, ea quæ parum latine ſonant, mutare vel corrigere. Si aliquando nomen autoris ex aliorum codicum collatione collegerim, ita uncis incluſum appoſui, ut lectori videre liceat, illud aliunde eſſe deſumptum. Sed forſan neſcio quis objiciet, multa quidem in hoc catalogo occurrere in prioribus omiſſa, pleraque tamen nullius fere momenti, ſatiuſque fuiſſe, ea quæ tam parvi ſunt pretii ſilentio præteriiſſe: ſed confido non omnia a me nunc primum in lucem edita ejus eſſe generis: et de cæteris quæ pleriſque forſan contemnenda negligendaque videntur, cauſam meam dicant Catalogi MSS. Angliæ et Hiberniæ editores. "Viſum eſt, inquiunt, MSS. omnes, ſive mino-" ris ſive melioris notæ, prout in bibliotheca occurrunt, in catalogum redi-" gere; eo quod diverſis uſibus inſervire poſſunt, variiſque curioſorum homi-" num propoſitis. Adeoque qui huic forte homini videantur negligendi; " iidem alii, qui alia ſibi propoſuit inquirenda, forent in ſuos uſus expetendi. " Quin et quum in eodem volumine diverſi tractatus occurrant plures, ſi eo-" rum aliqui minoris forte ſint eſtimandi, id compenſabit aliorum valor." Notas a Parkero, Jocelino, aliiſque, codicibus inſcriptas, Jameſium et Stanleium ſecutus retinui; quaſdam ab eis prætermiſſas inſerui; meas aliquando addidi. Inſcriptiones, quibus conſtat vel de poſſeſſore codicis, vel de ſeculo quo ſcriptus fuit, tranſcripſi. Eum ordinem codicum ſequutus ſum, quo nunc in bibliotheca diſponuntur, utpote generali uſui magis accommodatum: ſed ut facilius inveniatur codex quicunque ex numero ipſius vel in veteri catalogo Stanleiano vel in catalogo MSS. Angliæ et Hiberniæ, eundem numerum ſemper in margine appoſui; et duplicem tabulam huic uſui inſervientem ad finem addidi. Si tractatus aliquis ſæpius in bibliotheca occurrat, in margine identidem adnotavi; ſed cum non ſemper mihi daretur facultas tractatus iiſdem titulis inſignitos inter ſe conferendi, fieri poteſt ut aliquando diverſi ſint, etſi ſimilibus gaudeant επιγραφαις. Ea enim eſt lex hujus bibliothecæ a fundatore ſancita, ut neque ſocius aliquis ſolus eam adire poteſt, ſed ſemper alio ſocio vel ſcholari comitatus, neque pluſquam tres codices in cameram ſuam aſportare, idque non ſine licentia magiſtri duorumque ſociorum prius impetrata.*

* "I own indeed I may be miſtaken in aſſigning the century, in which a book was written; and inſtead of the ixth, may have fixed upon the viiith or xth century. But is it not better to be told that a book is 900 years old, when perhaps it may be 1000 or 800, than to be left quite in the dark as to it's age?"

impetrata. Prohibuit hæc lex, ad cujus obſervantiam omnes juramento aſtringimur, ne codices illa, quam optarem, diligentia inter ſe conferram. Ea tamen fuit humanitas et magiſtri et ſociorum, quibus me et hoc et aliis nominibus multum debere grato animo confiteor, ut per quinque fere annos, quibus in hoc opere laboravi, licentiam codices in cameram aſportandi facillime concederent, bibliothecam adeundi ſe comites benigniſſime præberent, et demum catalogum qualitercunque confectum ſuis impenſis typis mandari vellent. Ad codices ſaxonicos quod attinet, linguæ, in qua exarantur, prorſus ignarus Wanleium ubique ſecutus ſum; eorundemque notitiam ex locupletiſſimo ejus catalogo deſumpſi. Hæc ſunt, quæ in hoc catalogo condendo perficere conatus ſum, laboribus meis fruatur amicus lector, errata mihi condonet, et ſphalmata typographica, quæ ex abſentia mea a prælo in magnum accreverunt numerum ignoſcat et corrigat.

CORRI-

CORRIGENDA.

P. 3. l. 8. *deſiderantur*, lege *deſiderentur*.
6. 24. *continentur*, lege *continetur*.
7. 22. *nullam*, lege *nullum*.
13. 11. quorundam hereticorum opinionum, *lege* opinionum quorundam hereticorum.
16. 18. *Sidleianum*, lege *Sidnæianum*.
31. 24. *columpnis*, lege *columnis*.
32. 3. dele *Dorſo*.
35. 1. *Hunc*, lege *hoc*.
36. 28. Auguſtini, *lege* Auguſtino.
42. 18. breviarum, *lege* breviarium.
50. 21. *additæ*, lege *additi*.
61. 11. dele *in*.
15. *nuncupaverat*, lege *nuncupaſſet*.
65. 29. *deliciis*, lege *delicias*.
66. 27. *primordis*, lege *primordiis*.
107. ult. *reſervatar*, lege *reſervatur*.
111. penult. poteſtationis, *lege* proteſtationis.
171. ult. data, &c. *lege* quæ data ſunt per Edwardum regem.
173. 6. at, *lege* ait.
178. 27. concordia, *lege* concors.
183. 13. abſentia, *lege* abſentiam.
191. 7. premittatur, *lege* permittatur.
197. 11. *lege* CERTIFICATORIUM.
24. *Meneo*, lege *Menev*.
199. 10. cummunes, *lege* communes.
ult. *ſumam*, lege *ſumat*.
208. 1. *revolevarit*, lege *revoluverit*.
211. 11. muta, *lege* multa.
29. imperatorum, *lege* imperatorem.
218. 10. Profectiones, *lege* Profeſſiones.
232. 18. conſolationem, *lege* conſolationum.
249. 28. ſaffraganeo, *lege* ſuffraganeo.
252. 22. Epiſcopi, *lege* Epiſcopo.
253. 32. Margaretum, *lege* Margaretam.
256. 23. *ſea*, lege *ſed*.
275. 20. *tempore*, lege *temporis*.
277. 26. *neceſſaria*, lege *neceſſario*.
284. 4. papæ, *lege* papa.
11. *videtur*, lege *videatur fuiſſe*.
285. 10. epitaphum, *lege* epitaphium.
295. 9. Loncoln, *lege* Lincoln.
319. 10. lege *coæva, folio vero*.
324. 9. Hilnegardis, *lege* Hildegardis.
22. hominum, *lege* hominem.
331. 23. Gevaſius, *lege* Gervaſius.
335. 1. *Narman*, lege *Norman*.
346. 11. *Navaire*, lege *Navarre*.
349. 17. Anſelmi, *lege* Anſelmus.
366. 22. Genelogia, *lege* Genealogia.
380. 13. *hæc*, lege *hic*.
381. 17. *exaratum*, lege *exaratus*.
388. ult. *pariter*, lege *perite*.
423. ult. *gaudent*, lege *gaudet*.

CATALOGUS

LIBRORUM MANUSCRIPTORUM

IN BIBLIOTHECA COLL. CORP. CHRIST. CANT.

I.

CODEX *membranaceus in folio majori, literis initialibus auro et diverſis coloribus ſplendide illuminatis, ſeculo* xiv *exaratus, quo continentur,*

1. Tabula moralium beati Gregorii, *in qua notatur exordium cujuſvis capitis illius operis.*
2. Concordantia moralium beati Gregorii.
3. Tabula rerum in moralibus beati Gregorii.
4. Tabula rerum in homeliis beati Gregorii in evangelia.
5. Tabula rerum, *ut videtur,* in omnibus operibus beati Gregorii.
6. Excerptiones Garnerii Gregoriani ex operibus beati Gregorii Lib. xvi.
7. Reclinatorium animæ, *liber extractus ex libris moralibus beati Gregorii, et in xii ſermones diviſus.*
8. Speculum Gregorii, *ſive* compendium librorum moralium.

9. Com-

I.] *Vet. Cat.* Sub. C. 1. *MSS. Angl.* 1623—356.

9. Commentarium in ſingulos libros veteris et novi teſtamenti ſumptum ex operibus beati Gregorii, *principio et fine mutilatum.*

II.

Codex membranaceus ejuſdem formæ, haud longe poſt conquiſitionem exaratus, quo continentur,

Libri canonici veteris teſtamenti ſecundum verſionem vulgatam cum prefationibus Hieronimi.

Deſinit in libro Job, ita ut deſiderantur Proverbia, Pſalmi, Cantica Canticorum, Eccleſiaſtes, Paraleipomena, et omnes libri Apocryphi.

Literæ initiales ſingulorum librorum auro diverſiſque coloribus nitidiſſime ornantur, et quædam habent effigiem autoris eleganter depictam: præ cæteris enitent duæ illuminationes libris Numerorum et Deuteronomii præfixæ.

III, IV.

Duo codices membranacei, præcedenti et forma et caractere ſimiles, literis initialibus illuminatis ſed venuſtate paulo inferioribus ſimiliter ornati, eodemque ſeculo exarati, quibus continentur,

Biblia vulgata cum prefationibus Hieronimi.

Præter libros in canonem vulgo receptos et libros apocryphos, in ſecundo volumine habetur epiſtola Pauli ad Laodicenſes.

V, VI.

Duo codices membranacei in folio majori, ſeculo xv exarati, quibus continetur,

Ioannis Tinmouthienſis hiſtoria aurea.

In primo volumine tradit hiſtoriam ſacram et profanam a creatione ad Diocletianum, et in ſecundo a Diocletiano ad annum Chriſti 1377; *haud tamen affirmaverim ipſum Ioannem hiſtoriam ſuam ultra* 1347 *deduxiſſe, cum*

II.] *Vet. Cat.* Sub. C. 2. *MSS. Angl.* 1624—357.
III. IV.] *Vet Cat.* Sub. C. 4. 5. *MSS. Angl.* 1626—359.
V. VI.] *Vet. Cat.* Sub. B. 1. 2. *MSS. Angl.* 1614—347. 1615—348.

cum quædam ſint ad finem codicis noſtri lacunæ, unde facile intercidere potuerit notula illa ad hunc annum, quæ in codice Buriano reperitur: præterea haud inuſitatum fuit monachis ſupplementa ſua hiſtoricis adjungere ſine aliqua nota diſtinctionis inter opus originale et poſteriora additamenta. Multus eſt autor in rebus eccleſiaſticis et vitis ſanctorum enarrandis.*

Ad frontem primæ paginæ utriusque voluminis inſcribitur, "Hic eſt " liber ſancti Albani de libraria conventus;" in priore vero, "Vir venera- " bilis dominus Wilelmus Wyntshull, quondam hujus monaſterii monachus, " inter plurima beneficia quibus honorem hujus eccleſiæ multipliciter am- " pliavit, hanc hiſtoriam, quæ dicitur aurea, et in partes duas dividitur, " non ſine magnis ſumptibus fecit conſcribi, quod opus in libraria conven- " tus ad opus clauſtralium remanere voluit. Cujus donum auctorizando " confirmavit reverendus in Chriſto hujus monaſterii pater et abbas Iohan- " nes Whethamſtede, ſacræ theologiæ profeſſor, predictum librum in duobus " voluminibus ut predicitur diviſum ad opus ſui conventus pro futuris tem- " poribus perenniter ſtabilivit."

VII.

Codex membranaceus in folio ſeculo xv a diverſis ſcriptoribus exaratus, cui titulus manu neoterica appoſitus, "Supplementum hiſtoriæ aureæ I. de " Tinmouth ex cœnobio S. Albani, id eſt, pars majoris hiſtoriæ Thomæ " Walſingham;" quæ vero in eo continentur, melius docebit ſequens inſcriptio manu coeva ad imum primæ paginæ exarata, "Hunc librum cronica- " lem tam geſtorum regum quam abbatum poſt mortem dompni Willelmi " Wynthyll in quaternis derelictum connecti fecit dompnus Robertus Ware; " et licet diverſæ materiei diverſa ſunt propter defectus quarternorum non " conſonancia, ſtudeat tamen lector flores mellifluous et coloribus amaricatos, " prout tempora fuerunt, deguſtare timere et refutare." Fragmenta vero, de quibus agitur, ſunt hæc,

1. Hiſtoria Angliæ ab anno 1377 ad annum 1400.

2. Hiſtoria

---

* *Notula*] *viz.* Explicit Hiſtoria Aurea Iohannis Anglici, *Tanneri Biblioth.* 440.
VII.] *Vet. Cat.* Sub. B. 3. *MSS. Angl.* 1616—349.

VII.

2. Hiſtoria Angliæ ab anno 1404 ad annum 1409.
3. ———————— ab anno 1393 ad annum 1403.
4. ———————— ab anno 1400 ad annum 1406.
5. ———————— ab anno 1393 ad annum 1422.

Hæc hiſtoria ſemper fere concordat cum Thoma de Walſingham, etſi nonnulla habeat codex noſter, quæ ipſe omiſit; et veriſimile videtur, ut judicavit autor harum rerum peritiſſimus, ipſum Thomam, qui hujus monaſterii fuit monachus, ex his quaternionibus hiſtoriam ſuam compilaſſe.*

6 Liber de benefactoribus monaſterii Sancti Albani compendioſe confectus, una cum vitis Thomæ de la More et Iohannis Moote abbatum, et electione Gulielmi Heyworth; *picturis ornatus.*

VIII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xv exaratus, quo continentur,

Vincentii [Bellovacenſis] ſpeculi hiſtorialis libri xiv priores, *in quibus hiſtoria deducitur a mundo condito ad mortem Valentis imperatoris, A. D.* 380.

IX.

Codex membranacens in folio, viz.

Paſſionale quorundam Sanctorum,

Circa annum 1032 *exaratum, ut ex kalendario eidem prefixo colligere licet; quod kalendarium uſibus cujuſdam eccleſiæ Anglicanæ inſerviſſe, probant numerus ſanctorum noſtræ gentis in eo memoratorum, et nomina quorundam caractere Saxonico ſcripta. Paſſionale vero perpaucos continet Anglicanos, nec caractere ad Saxonicum accedente (ut placuit* Stanleio*) ſed plane Romano exaratur: et cum ſatis conſtet plures Normannos ab Edwardo Confeſſore ad dignitates eccleſiaſticas fuiſſe promotos, alicui forſan eorum hoc debemus paſſionale ſecum a Normannia deportatum, et ut eccleſiæ Anglicanæ adaptaretur, kalendario poſtea inſcripta ſunt ſanctorum indigenarum nomina. In eo autem continentur vitæ ſanctorum ſubſequentium,*

1. S.

* *Autor*] Tyrrel, pref. to 3d Vol. of his Hiſt. of Engl. xi.
VIII.] *Vet. Cat.* Sub. B. 4. *MSS. Angl.* 1617—350.
VIII.] *Vide* XIII. XIV.
IX.] *Vet. Cat.* Sub. B. 6. *MSS. Angl.* 1619—352.

1. S. Salvii, epiſcopi, vi kal. Jul. *p.* 17.
2. S. Nicholai, *p.* 27.
3. S. Rumwaldi, *p.* 53.
4. S. Cirici et Julittæ matris ejus. *p.* 59.

Quaterniones precedentes manu paulo neoterica exarantur, et paſſionale olim incipiebat a vita S. Remigii proxime ſequente, ut docet index contentorum in reliquo volumine eidem preſixus.

5. S. Remigii, *p.* 62.
6. S. Vedaſti, kal. Oct. *p.* 136.
7. S. Pratonis, eodem die, *p.* 147.
8. S. Leodegarii, vi non. Oct. *p.* 153.
9. S. Dioniſii Areopagitæ, vii Id. Oct. 176.
10. S. S. Sergii et Bacchii, non. Oct. *p.* 200.
11. S. Richarii, *p.* 210.
12. S. Caleſti papæ, ii Id. Oct. *p.* 217.
13. S. S. Criſpini et Criſpiani, vii kal. Nov. *p.* 220.
14. S. Quintini, prid. kal. Nov. *p.* 225.
15. S. Ceſarii, kal. Nov. *p.* 230.
16. S. Euſtachii et filiorum ejus, xii kal. Oct. *p.* 234.
17. S. Hughberti, kal. Nov. *p.* 243.
18. S. Winnoci, viii Id. Nov. *p.* 258.
19. S. S. Simproniani, Claudii, Nicoſtrati, Caſtorii, Simplicii, vi Id. Nov. *p.* 261.
20. S. Theodori, v Id. Nov. *p.* 268.
21. S. Mennæ, iii Id. Nov. *p.* 271.
22. S. Martini, in lib. iii, eodem die. *p.* 276.
23. S. Aniani, xv kal. Dec. *p.* 319.
24. Sanctæ Ceciliæ, x kal. Dec. *p.* 323.
25. S. Longini, *p.* 336.
26. S. Clementis, ix kal. Dec. *p.* 339.
27. S. Trudonis, eodem die, *p.* 345.
28. S. Chriſogoni, viii kal. Dec. *p.* 362.

22.] *Vide* XLII. 1.

IX.

29. S. Saturnini, iii kal. Dec. *p*. 377.
30. S. S. Chriſanti et Dariæ, *p*. 379.
31. S. Elegii, kal. Dec. *p*. 389.
32. S. Sabiniæ, epiſcopi, vii Id. Dec. 393.
33. Sanctæ Eulaliæ, iv Id. Dec. *p*. 397.
34. S. S. Fauſtini et Victorici, iii Id. Dec. *p*. 403.
35. Sanctæ Luciæ. Id. Dec. *p*. 407.
36. Sanctæ Anaſtaſiæ, viii kal. Jan. *p*. 408.
37. Sanctæ Eugeniæ, eodem die, *p*. 410.
38. S. Marini, vi kal. Jan. *p*. 426.
39. S. Maximi cum ſociis ſuis, *p*. 434.
40. Sanctæ Luciæ, *p*. 437.
41. S. Indoci, *p*. 441.
42. Sanctæ Criſtinæ, viii kal. Aug. *p*. 446.
43. Adventus et exceptio corporis Benedicti et Scolaſticæ ſororis ejus in agro Floriacenſi, *p*. 455.

Deſunt quædam ad finem hujus codicis.

X.

Codex membranacens in folio, ornatus literis initialibus nitide illuminatis, ſeculo xiii exaratus, quo continentur,

Gratiani decretum aureum, *ſive* decretalia ut vocantur communia ab eo collecta.

XI.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xii exaratus, quo continentur,

Rabanus Maurus de natura rerum * ad Ludovicum regem. lib. xxii.

XII. *Codex*

X.] *Vet. Cat.* Sub. C. 3. *MSS. Angl.* 1625—358.

XI.] *Vet. Cat.* P. 12. *MSS. Angl.* 1509—242.

* *De natura rerum*] In Hiſtor. Litt. Caveſii vocatur, De univerſo ſive Etymologiarum opus.

XII.

Codex membranaceus in folio grandioribus literis exaratus, quo continetur,

Paſtorale S. Gregorii per Ælfredum regem Saxonice verſum.

Codex tam in margine quam inter lineas textus gloſſatur latine manu Normanno-ſaxonica.

Ad calcem codicis, An Iriſh ballad printed in the Saxon character.

XIII, XIV.

Duo codices membranacei in folio, ſeculo xv ſcripti, literis initialibus ſingulorum librorum nitide illuminatis, viz.

Vincentii [Bellovacenſis] ſpeculi hiſtorialis Tom. II, III. *quibus continentur libri* xvi, *a* ix° *ſcilicet ad* xxiv^tum^.

XV.

Codex membranaceus typis impreſſus, continens,

Thomæ Aquinatis ſummæ theologiæ libr. iv^tum^. " *Preclarum hoc* " *opus quartiſcripti ſancti Thomæ de Aquino alma in urbe Moguntina, in-* " *clitæ nationis Germanicæ, quam Dei clementia tam alti ingenii lumine* " *donoque gratuito cæteris terrarum nationibus preferre illuſtrareque dignata* " *eſt, artificioſa quadam imprimendi adinventione ſeu caracterizandi abſque* " *ulla calami exaracione ſic effegiatum, et ad euſebiam Dei induſtrie eſt con-* " *ſummatum per Petrum Schoiffer de Gernzhem, anno Domini milleſimo* " *quadringenteſimo ſexageſimo nono, tredecima die Junii. Sit laus Deo.*"

Cum hic liber ad inſtar plurium codicum MSS nullam habeat titulum fronti prefixum, haud ſcio an recte nominaverim; quartum eſſe librum manifeſte docet autoris prefatio; cum poſteriore parte ſummæ theologiæ nec omnino

---

XII.] *Vet. Cat.* S. 1. *MSS. Angl.* 1546—279.

XII.] *Vide* CCCLXI.

XIII. XIV.] *Vet. Cat.* Sub. B. 7. 8. *MSS. Angl.* 1620—353. 1621—354.

XIII. XIV.] *Vide* VIII, ubi liber, qui hic dicitur, nonus, vocatur ſeptimus.

XV.] *Vet. Cat.* P. 1.

nino congruit, nec valde ab ea diſcrepat; aliter ab exemplaribus recentioribus dividitur, et quæſtiones ſæpiſſime ſunt diverſæ.

XVI. *Vide* XXVI.

XVII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xii exaratus, quo continentur,

1. Sermones CXXIV [Auguſtini Hipponenſis] in evangelium ſancti Iohannis.
2. Epiſtolæ [ejuſdem] ad Dardanum.
3. Sermo B. Chryſoſtomi in Paraſceve.

XVIII.

Codex chartaceus typis impreſſus in folio,

Scriptores hiſtoriæ Angliæ poſt Bedam, Francofurti 1601.

XIX.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xii exaratus, continens,

Decreta Ivonis Carnotenſis in partes xvii diſtributa.

Ad frontem hujus codicis habetur, catalogus pontificum Romanorum a Benedicto I ad Honorium II, et continuatus *manu paulo neoterica* ad Honorium III.

Ad calcem vero,

1. Epiſtola Iohannis epiſcopi ad Anſelmum Lemonecinæ eccleſiæ, quod laicus qui filium in articulo mortis baptizaverit, a conjuge ſua ſeparari non debet.
2. Quædam conſtitutiones Eugenii, Urbani II, Paſchalis II, et Calixti II.

3. Statuta

XVII.] *Vet. Cat.* L. 5. *Angl. MSS.* 1403—126.
1.] *Vide* CCCXLIV. 23.
2.] *Vide* CCCXXII. 1.
XVIII.] *Vet. Cat.* D. 10.
XIX.] *Vet. Cat.* Sub. D. 8. *MSS. Angl.* 1636—369.

3. Statuta concilii Weſtmonaſt. 27 Hen I, cum confirmatione regia.

Diſcrepant ab eis quæ habentur ſub hoc anno apud Wilkins, Concilia Magn. Britan. tom. 1. *p.* 408.

Liber, "*de clauſtro eccleſiæ Chriſti Cantuarienſis*".

XX.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv exaratus, quo continentur,

1 Textus Latinus Apocalypſis cum verſione rithmica et expoſitione lingua Gallica.

Ornatur hic tractatus multis et nitidiſſimis figuris ſingulis fere paginis occurrentibus; in litera initiali primæ paginæ depingitur effigies equitis genua flectentis, inſigniis armorum induti.*

2. Manere de coroner novel roy [d'Angleterre.]

Inprimis obſervatione dignum videtur, quod poſt peractas ſponſiones ex parte regia, quales alibi reperiuntur, communitas regni conſilium inire jubetur, de iis quæ pro communi utilitate forent decernenda, et rex promittit ſe firma et rata habiturum, quæ decreverit communitas. Hoc certe ignorabant illi qui ſeculo præterito tam acriter diſputaverunt † *de ſenſu verbi* elegerit *in juramento a regibus noſtris in ſolemnitate coronationis præſtito. Lectori gratum erit verba ipſa ante oculos habere.*

"*Grantez vous les leys et les cuſtumes et promettiez a tenir les et defendre*
"*al honur de Dieu que la commune de votre realme efferra?*

"*Reſpon. Jeo les grant et les promet.*

"*Et puis a ceo ſerra aretee ceo que la comune voudera ordinee ſolonc ceo que hom entendera que bien ſoit.*

"*Et quant tut ceo ſerra fait et lui roy ſerra corone il avera tut ceo*
"*grante, il fra le ſerment en la manere que le erceveſque lui chargera.*"

Ex loco citato ſatis apparet hoc promiſſum referre nec ad leges jam ſtabilitas

---

XX.] *Vet. Cat.* K. 16. *MSS. Angl.* 1640—373.

1.] *Vide* CCCXCIV.

* *inſigniis armorum*] *viz.* Gules, on a chevron or, 3 lyons rampant ſable.

† *diſputaverunt*] *Vide* Remonſtrance of the Commons dated May 26, 1642. and the King's anſwer thereto.

litas, nec ad eas quas parliamentum poſtea decreverit, ſed ſolummodo ad petitiones quas illo ipſo die et inter ſolemnitates coronationis communitas regi obtulerit.

Omnes orationes in hac ſolemnitate recitandæ hic habentur lingua Gallica. Ad frontem hujus tractatus eſt illuminatio nitidiſſima regis ſolio ſedentis epiſcopis et magnatibus circumdati.

XXI.

Codex membranaceus in folio, literis initialibus cujuſvis libri eleganter illuminatis, ſeculo xiv exaratus, continens,

1. Ranulphi Higdeni Polychronicon. lib. vii.

Præmittuntur index alphabeticus ſatis amplus, et mappa mundi *forma ovali*; *hiſtoria deducitur a Ranulpho uſque ad annum* 1342, *et poſtea continuatur ab alio quodam ad annum* 1377.

De hoc noſtro autore qui mala fide opus Rogeri Ceſtrenſis tranſcripſit, et pro ſuo evulgavit, vide Wanleium apud Cat. MSS. *Harl.* 1707.

2. Cronica bona et compendioſa de regibus Angliæ tantum a Noe uſque ad hunc diem [1367] "*Noe fuerunt tres filii.*"

"*Iſtum librum* "*Henricus Somer dedit Hoſpitali Sancti Iohannis Evangeliſtæ Cantabrigiæ, cujus animæ propitietur Deus.*"

XXII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiii exaratus, quo continentur,

1. Iſidori [Hiſpalenſis, Originum *ſive*] Etimologiarum lib. xx.
2. Fragmentum tractatus de animalibus, incerti autoris, *cum figuris.*
3. Iſidori [Hiſpalenſis] Synonima.

XXIII. *Codex*

XXI.] *Vet Cat.* E. 4. *MSS. Angl.* 1321—45.

1.] *Vide* CXVII. CLXIV. CCLIX.

XXII.] *Vet. Cat.* L. 4. *MSS. Angl.* 1402—125.

2.] *Vide* LIII. 4. CCCLXIX. 2.

3.] *Vide* CCCXLVIII. 3.

XXIII.

Codex membranaceus in folio, cujus in priore parte manu valde antiqua exarata continentur,

1. Aurelii Prudentii Clementis Pſychomachia, *iconibus hiſtoricis et allegoricis curioſorum aſpectu non indignis* 89 *ornata: ex his iconibus* 50 *tam Saxonicis quam Latinis inſcriptionibus gaudent. Inſcriptio Saxonica primæ iconis hiſtoricæ hæc eſt,* " + Heꞃ Goꝺeꞅ ꞅƿiðꞃa" (*antiquitus enim Deus per dexteram ex nubibus porrectam repræſentabatur)* " ꝼoꞃbeaꝺ
" Abꞃahame ƿæt he hiꞅ ꞅunu ne oꝼꞅloᵹe ꞅƿa him bebeoꝺen ƿæꞅ. ac ꝼunꝺe him
" anne Rom Goꝺe to ᵹeoꝼe ꝼꞃiᵹenne."

Pſychomachiam excipiunt eadem manu exarata ſubſequentia poemata;

2. Romanus ſive paſſio ſancti Romani.
3. Hymnus in honore ſanctorum martyrum Emetrii et Chelidonii Calicurritanorum.
4. Paſſio Laurentii beatiſſimi martiris.
5. Hymnus in honore Eulaliæ beatiſſimæ virginis et martiris.
6. Hymnus in honore decem et octo martirum Ceſaraguſtanorum
7. Paſſio ſancti Vincentii.
8. Hymnus in honore beatiſſimorum martirum Fructuoſi epiſcopi Terraconenſis et Augurii et Eulogii diaconorum.
9. Hymnus in honore Quirini beatiſſimi martiris epiſcopi eccleſiæ Sciſcianæ.

10. De

XXIII.] *Vet. Cat.* F. 1. *MSS. Angl.* 1332—56.
1.] *Vide* CCXXIII. 20.
2.] ibid. 21.
3.] ibid. 22.
4.] ibid. 23.
5.] ibid. 24.
6.] ibid. 25.
7.] ibid. 26.
8.] ibid. 27.
9.] ibid. 28.

10. De loco in quo martires paſſi ſunt nunc baptiſterium eſt Calagorra.
11. Paſſio ſancti Caſſiani.
12. De paſſione ſancti Hypoliti ad Valerianum epiſcopum.
13. Paſſio Apoſtolorum.
14. Paſſio beati Cypriani martiris.
15. Paſſio ſanctæ Agnetis virginis.
16. Verſus Conſtantinæ Conſtantini filiæ ſcripti in apſida baſilicæ quam condidit in honore ſanctæ Agnes.
17. Verſus Damaſi epiſcopi de eadem re.
18. *Fragmentum* libri primi contra Symmachum.

Hunc codicem inſignem eccleſiæ Malmburienſis quondam fuiſſe docet inſcriptio quæ ſequitur literis Saxonicis majuſculis in ſecunda pagina exarata.

" *Hunc quicunque librum Aedhelmo depreſſeris almo*
" *Damnatus ſemper maneas cum ſorte malorum*
" *Sit pietate Dei ſine qui vel portet ab iſto*
" *Coenobio librum Aedhelmi hunc vel vendere temptet*
" *Qui legis inſcriptos verſus rogitare memento*
" *Chriſtum ac in requie ſemper dic vivat Athelward*
" *Qui dedit hunc librum Aedhelmo pro quo ſibi Chriſtus*
" *Munera larga ferat largitor crimina laxans.*"

* * * * * *

Pars vero hujus codicis poſterior, ſeculo xi exarata continet,

19. Sancti Oroſii Ormeſta mundi.

XXIV.

Codex membranaceus in folio cum hac inſcriptione, " Liber *qui intitula-* " *tur* de cauſa Dei contra Pelagium compilatus et editus per reveren- " dum

10.] ibid. 29.
12.] ibid. 30.
13.] ibid. 31.
14.] ibid. 32.
15.] ibid. 33.
18.] ibid. 34.
XXIV] *Vet Cat.* M. 6. *MSS. Angl.* 1423—146.

" dum ſacræ theologiæ doctorem tunc cancellarium London. deinde
" electum Cantuar. et Lincoln. magiſtrum Thomam de Bradwardyn
" *procuratus tum ad eccleſiam . . . . . per fratrem Ioannem de Preſtone de Somerſete monachum ejuſdem eccleſiæ anno domini milleſimo* CCC^mo XLVIII°.

" *Quem titulum quicunque fraudulenter deleverit librumque ab eadem ec-*
" *cleſia alienaverit deleat eum Deus de libro vitæ et anathemate feriatur.*
" *Pro cujus anima pietatis obſequio devotius exoretur.*"

Ad finem codicis habentur,

1. Epiſtola Bernardi Clarevall. ad Innocentium papam de hereſibus Abelardi.

2. Condemnatio quorundam hereticorum opinionum per Ioannem [Peccham] archiepiſcopum Cantuar. A. D. 1286.

XXV.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xv exaratus, quo continentur,

Epiſtolæ beati Cypriani epiſcopi Cartaginenſis magni oratoris et glorioſi martiris, *videlicet.*

1. Epiſtola ad Donatum.
2. De diſciplina et habitu virginum.
3. Epiſtola de lapſis.
4. De unitate eccleſiæ.
5. Epiſtola de dominica oracione.
6. De mortalitate.
7. De opere et elemoſina.
8. Ad Demetrianum.
9. Epiſtola de bono patienciæ.
10. De zelo et livore.
11. Ad Fortunatum de tolerantia perſecutionis.
12. Ad Quirinum de ſacramento Chriſti.
13. Ad eundem de diſciplina chriſtianæ religionis.
14. Ad Antonianum de hereſi Novaciani.
15. De hereticis baptizandis ad Pompeium.

16. 17. Ad

XXV.] *Vet. Cat.* L. 1.

16, 17. Ad Magnum de Novaciano epiſtolæ duæ.
18. De Numidico preſbitero ordinato.
19. De Martiate et Baſilide.
20. Ad Fidum de infantibus baptizandis.
21. Ad Eucratium de hiſtrione.
22—29. Epiſtolæ octo ad Cornelium.
30. Ad Rogacianum et ceteros confeſſores.
31. Ad plebem de quinque preſbiteris.
32. Ad Epitectum et plebem.
33. Ad clerum et plebem.
34. Ad Lucium de exilio reverſum.
35. Ad maximum Nicoſtratum.
36. Ad Florentium quem et Puppianum.
37. De virginibus ad Pomponium.
38. Quod ydola dii non ſint.
39. Ad Fortunatum de his qui per tormenta non ſuperantur.
40. Ad Rogacianum de diacono.
41. Ad Stephanum papam de concilio.
42. Ad Tibaritanos exortatoria.
43. Ad Cecilium de ſacramento calicis.
44, 45. Epiſtolæ duæ ad martires et confeſſores.
46. De hereticis baptizandis ad Julianum.
47. Ad Quintum de eodem.
48. Sententiæ epiſcoporum numero LXXVII. de eodem.
49, 50. Ad Moyſen et Maximum preſbiteros.
51. Ad clerum et plebem de Aurelio confeſſore.
52. Ad clerum de Celerino confeſſore.
53. Ad Junaianum de hereticis.
54. Epiſtola de aleatoribus.
55. De laude martirii.
56. Felicis ad Cyprianum reſcripta.
57. Epiſtola Cypriani ad Romanos.
58. Ad clerum.
59. Ad Cornelium.
60. Ad Maximum preſbiterum et ceteros fratres.

61. Ad Lucium et qui cum eo ſunt.
62. Epiſtola Firmiliani ad Cyprianum.
63. Epiſtola Maximi et ceterorum fratrum ad Cyprianum.
64. Epiſtola Cypriani ad clerum de quibuſdam preſbiteris.
65. Ad martires qui lapſis petierunt pacem dari.
66. Ad plebem de lapſis.
67. Ad clerum pro lapſis et cathecumenis.
68. Ad clerum de his qui ad pacem feſtinant.
69. Ad clerum non temere pacem dandam.
70. Epiſtola Cypriani ad Caldonium.
71. Ad clerum Romæ de reditione epiſcopi Urbici.
72. Ad clerum inſinuans quod utraſque Romæ literas miſiſſet.
73. De monte Syna et monte Syon.
74. De laude Cypriani epiſtola.

XXVI, XVI.

Duo codices membranacei in folio, ſeculo xiii exarati, quibus continentur, Matthei Paris hiſtoria major.

Primum volumen exordium ſumit a creatione mundi et deſinit in anno 1189.

Ad calcem manu paulo neoterica ad alterum volumen his verbis refertur, "*Anno Dominicæ incarnationis* M.C.LXXXIX *eſt vera continuatio hiſ-*" *toriæ Matthei Pariſienſis in alio volumine ejuſdem manus.*"

Ad initium habes ſtationes a Londino ad Hieroſolymam cum notis et deſcriptionibus ſuccinctis *lingua Gallica,* Prefationem, tabulas genealogicas *(quarum major pars in calcem codicis rejicitur)* circulum paſchalem et kalendarium.

Ad finem codicis eſt mappa mundi *cum hac inſcriptione,*

"*Summatim facta eſt diſpoſicio mappa mundi magiſtri Rob. de Meleke-*" *leia et mappa mundi de Waltham mappa mundi regis quod eſt in camera*" *ſua apud Weſtmonaſterium figuratur in ordinali Matthei de Pariſiis:*
" *veriſ-*

XXVI.] *Vet. Cat.* C. 9. *MSS. Angl.* 1306—30.
XVI.] *Vet. Cat.* C. 5. *MSS. Angl.* 1301--25.

" *veriſſimum autem figuratur in eodem ordinali quod eſt quaſi clamis extenſa.* " *Talis eſt ſcenia noſtræ partis habitabilis ſecundum philoſophos ſcilicet* " *quarta pars terræ quæ eſt triangularis fere, corpus enim terræ ſpericum* " *eſt.*"

In ſecundo volumine hiſtoria continuatur ab anno 1189 *ad annum* 1253.

In initio hujus voluminis eſt tabula genealogica a Willelmo I. ad Henricum III. mappa Paleſtinæ et mappa Angliæ, *ſed ambæ mutilæ.*

Primæ paginæ ſic inſcribitur, " *Hunc librum dedit frater Mattheus de* " *Pariſiis deo . . . . anima fratris Matthei et animæ . . . . de-* " *functorum requieſcant in pace. Amen.*"

In utroque volumine margo ornatur ſcutis regum et nobilium depictis et coloratis, ectypis nonnullorum ſigillorum et delineationibus hiſtoricis.

Ex prefatione editionis Parkerianæ patet primum volumen fuiſſe peculium Edwardi Aglionby de Balſal Temple cujus nomen adhuc legitur inſcriptum folio rejecticio ad finem codicis, alterum autem volumen Henrici Sidnœi garterii ordinis equitis aurati nam etſi nomen ejus huic codici non inſcribatur tamen ex lacunis manu neoterica reſtitutis ſatis manifeſtum eſt, hunc eſſe codicem Sidleianum de quo ibi fit mentio.

Editores Matthei oblique perſtringit Antonius a Wood ex eo quod narrationem de tranſmigratione multorum ſcholarium ab academia Oxonienſi in Cantabrigienſem, in exemplari hujus hiſtoriæ in bibliotheca divi Jacobi aſſervato ipſe non reperiſſet; quam proinde nullam fidem mereri temere aſſeverat: haud igitur ab re erit lectorem monere, ipſiſſima verba qualia a reverendiſſimo antiſtite ſunt edita, in hoc noſtro indubitatæ fidei exemplari reperiri.

XXVII.

Codex membranaceus in folio ſeculo xiii exaratus, quo continetur,

Unum ex quatuor *ſive* concordantia evangeliorum Ammonii Alexandrini cum expoſitione perpetua Zachariæ Chryſopolitani.

Paginæ primæ olim legebatur inſcriptum " *Ex dono dompni Galfridi* " *archi-*

XXVII.] *Vet. Cat.* L. 6. *MSS. Angl.* 1404--127.

XXVII.] *Vide* CCCCLXXV.

" *archidiaconi, cujus anima per miſericordiam Dei requieſcat in pace.*
" *Amen. De eccleſia B. Mariæ de Leyſtona, Suffolc.*"

XXVIII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xii exaratus, in quo continentur,

Origenis Homeliæ xxviii in librum Numerorum a Rufino e Græco in Latinum verſæ.

" *Liber ſanctæ Mariæ Abbendoniæ; quicunque ipſum alienaverit anathema ſit. Amen.*"

XXIX.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiii exaratus, in quo continetur,

Petri Comeſtoris hiſtoria ſcholaſtica.

XXX.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiii exaratus, in quo continentur,

1. Expoſitio Andreæ [Victorini] abbatis in pentateuchum, in Joſuam, Judices, in libros Regum et Chronicorum, in Parabolas Salamonis, et in Eccleſiaſtem.
2. Expoſitio in Parabolas ſecundum Bedam.
3. Hieronimi expoſitio in Eccleſiaſtem.
4. Andreæ [Victorini] abbatis expoſitio in xii prophetas.

XXXI.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv exaratus, in quo continetur,

Textus xii prophetarum, et expoſitio eorum a magiſtro Stephano [Langton] archiepiſcopo Cantuarienſi.

" *Liber ſanctæ Mariæ de Coggeſhale.*

XXXII. *Codex*

XXVIII.] *Vet. Cat.* L. 7. *MSS. Angl.* 1405—128.
XXIX.] *Vet. Cat.* B. 1. *MSS. Angl.* 1289—13.
XXX.] *Vet. Cat.* M. 9. *MSS. Angl.* 1421—144.
1.] *Vide* CCCXV. 5.
XXXI.] *Vet. Cat.* M. 10. *MSS. Angl.* 1425—148.
XXXI.] *Vide* LV. LVIII. LXXXIX. CCIV.

XXXII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xv exaratus, in quo continetur,

A gloſs [or expoſition] on the goſpels of St. Mark and St. Luke and all the epiſtles of St. Paul.

XXXIII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiii exaratus, in quo continetur,

Gloſſa ordinaria et interlinearis in evangelia ſecundum Marcum et Ioannem.

XXXIV.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv exaratus, in quo continentur,

1. Ioannes Damaſcenus de fide orthodoxa, lib. iv. *p.* 1.
2. Anſelmus archiepiſcopus [Cantuar.] de eterna beatitudine, *p.* 41.
3. Anſelmus de libero arbitrio, *p.* 45.
4. ———— in quid habes quod non accepiſti, *p.* 49.
5. ———— de incarnatione Domini et de homine aſſumpto contra quendam hereticum qui dicebat quod Pater et Spiritus ſanctus in Filio eſt incarnatus, *p.* 57.
6. Anſelmus cur Deus homo, *p.* 63.
7. ———— de peccato originali, *p.* 77.
8. Auguſtinus Hipponenſis de doctrina chriſtiana, lib. iv. *p.* 84.
9. Anſelmus de triplici rerum notitia, lib. v. *p.* 111.
10. De diſtinctione dictionum ſecundum ordinem alphabeticum, *p.* 136.

11. Auguſ-

XXXII.] *Vet. Cat.* P. 6. *MSS. Angl.* 1508—241.
XXXIII.] *Vet Cat.* P. 2. *MSS. Angl.* 1499—232.
XXXIV.] *Vet. Cat.* P. 3. *MSS. Angl.* 1502—235.
2.] *Vide* CXXXV. 2. CLIV. 48. CCCXXXII. 14.
3.] *Vide* CLIV. 12. CLV. 5.
5.] *Vide* CLIV. 4. CLV. 7.
6.] *Vide* CLIV. 5. CLV. 8.
7.] *Vide* CLIV. 6. CLV. 9. CCCCLIX. 12.
8.] *Vide* CVII. 14. CLIV. 50. CCLXXXIX. 1. CCCXVI. 9.

11. Auguſtinus Hipponenſis de vera penitentia, *p.* 143.
12. Anſelmus de concordia predeſtinationis et præſcientiæ et gratiæ cum libero arbitrio, *p.* 151.
13. Auguſtinus [*rectius* Anſelmus] de proceſſione Spiritus ſancti, *p.* 159.
14. Epiſtolæ Senecæ ad Lucilium, *p.* 170.
15. Anſelmus de fide chriſtiana, *p.* 189.
16. Anſelmi meditatio noſtræ redemptionis, *p.* 192.
17. ——— epiſtola de ſacrificio azumi, *p.* 194.
18. Anſelmus de ſumma veritate, *p.* 201.
19. Auguſtinus Hipponenſis de bono conjugii, *p.* 209.
20. ——— de adulterinis conjugiis, *p.* 217.
21. ——— de ſancta virginitate, *p.* 230.
22. ——— de vera religione, *p.* 242.
23. ——— de ſermone Domini in monte, *p.* 265.
24. ——— de ſymbolo, *p.* 303.
25. ——— de vita beata ad Manlium Theodorum virum magnificum, *p.* 307.
26. ——— de duabus animabus, *p.* 315.
27. ——— de fide rerum inviſibilium, *p.* 322.
28. Vita beati Auguſtini, *p.* 326.
29. De tranſlacione ſancti Auguſtini, *p.* 333.
30. Capitula quorundam librorum Auguſtini, *p.* 337.
31. De intellectu, *p.* 339.
32. Juliani Pomerii urbis Toletanæ epiſcopi liber prognoſticorum de futuro ſeculo, *p.* 357.

33. De

11.] *Vide* CLIV. 27. CCCXVI. 15. CCCXLIV. 21.
12.] *Vide* CLIV. 14. CLV. 14.
13.] *Vide* CLIV. 7.
16.] *Vide* CLIV. 21. CLV. 13.
17.] *Vide* CLIV. 8. CLV. 11.
18.] *Vide* CLV. 4.
24.] *Vide* CLIV. 25.
25.] *Vide* CLIV. 35.
26.] *Vide* CLIV. 24. CCCXLIV. 9.
27.] *Vide* CLIV. 26.

33. De archa Noe pro archa ſapientiæ cum archa eccleſiæ et archa majoris gratiæ, *p.* 385.
34. Libellus de reformatione archæ.
35. Expoſitio Anſelmi in Intravit Jeſus in quoddam caſtellum, *p.* 426.
36. [Anſelmi] offendiculum ſacerdotum, *p.* 428.
37. De veneranda inſtitutione ſacræ miſſæ tam antiquis patribus ſanctis glorioſe quam ab ipſo Domino glorioſiſſime monſtrata et completa et ab Hildeberto epiſcopo edita, *carmen. p.* 440.
38. Ejuſdem verſus de ſua expulſione ab epiſcopatu.
———— de excidio Trojæ, &c. *p.* 447.
39. Bernardus abbas de Claravalle de gratia et libero arbitrio, *p.* 451.
40. Auguſtini Hipponenſis confeſſionum lib. xiii. *p.* 464.
41. De tranſlacione S. Edmundi regis et martyris.

XXXV.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv exaratus, in quo continentur, Opuſcula varia Thomæ Aquinatis, *videlicet,*

1. Brevis compilatio theologiæ, *fol.* 1.
2. Contra impugnatores religionis, *fol.* 41.
3. De perfectione ſpiritualis vitæ, *fol.* 82.
4. Contra doctrinam retrahentium a religione, *fol.* 97.
5. De ſortibus, *fol.* 110.
6. De unitate intellectus contra Averoys, *fol.* 114.
7. Expoſitio ſuper primam decretalem de fide catholica et de ſancta trinitate et ſuper ſecundam *Damnamus*, *fol.* 122.
8. De articulis fidei et de ſacramentis eccleſiæ ad archiepiſcopum Panormitanum, *fol.* 127.

9. De

33.] *Vide* CCXCIV. 1.
37.] *Vide* CCCCLXX. 2.
39.] *Vide* CCLXIII. 3.
40.] *Vide* LXIII. 4. CCLIII. 1.
XXXV.] *Vet. Cat.* P. 4. *MSS. Angl.* 1500—433.

9. De angelis, *fol.* 131.
10. De principiis naturæ ad fratrem Sylveſtrum, *fol.* 145.
11. Quid ſit poſſibile de eternitate mundi, *fol.* 147.
12. De rationibus fidei, *fol.* 148.
13. De forma abſolutionis primæ ſacramentalis, *fol.* 154.
14. Expoſitio ſuper librum Dyoniſii de divinis nominibus, *fol.* 157.
15. Expoſitio ſuper librum Boetii de hebdomadibus, *fol.* 215.
16. Expoſitio ſuper librum Boetii de trinitate, *fol.* 219.

* * *deſunt folia* 12, *viz. a* 241 *ad* 252 * *.

17. Contra errores Græcorum, *fol.* 253.
18. Reſponſiones ad quoſdam dubios articulos, *fol.* 263.
19. De Judæis, *fol.* 266.
20. Reſponſio ad articulos miſſos a fratre Ioanne, *fol.* 267.
21. De decem preceptis, *fol.* 269.
22. Expoſitio in Ave Maria, *fol.* 278.
23. Expoſitio in Pater noſter, *fol.* 279.
24. Expoſitio in Credo, *fol.* 283.

XXXVI.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv exaratus, in quo continentur;

1. Vita ſancti Pauli primi heremitæ per Hieronimum.
2. Vita ſancti Antonii tranſlata ex Græco Athanaſii per Evagrium Antiochenum.
3. Vita ſancti Hilarionis per Hieronimum.
4. Hieronimi [monachi] vitæ ſanctorum patrum Ægyptiorum.

" *Per Petronium Bononienſem ſecundum Gennadium.*"

Et quidni utraque opinio admittatur? quæ enim ſcripſit Hieronimus Græco idiomate, ab alio quodam, forſan a Petronio, in Latinum ſermonem vertebantur.

5. Actus Malchi Monachi captivi [per Hieronimum.]
6. Vita ſancti Frontonii.
7. De leone a beato Hieronimo curato.

8. Liber

XXXVI.] *Vet. Cat.* P. 5. *MSS. Angl.* 1501—234.

1.] *Vide* CCCLXXXIX. 1.

8. Liber ſancti Athanaſii epiſcopi de exhortacione monachorum.

9. Liber adhortationum ſanctorum patrum perfectionumque monachorum quas de Græco in Latinum tranſtulit B. Hieronimus preſbiter.

Sermones ſanctorum patrum interpretati de Græco in Latinum a Pelagio diacono et Iohanne ſubdiacono ſanctæ Romanæ eccleſiæ.

Neſcio ſane an hæc diverſa ſint opera, vel ſi eadem compilatio hiſce diverſis indigitetur titulis, quorum prior ad initium, poſterior ad finem occurrit.

10. Epiſtola ſancti Macharii monachi ad filios.

11. Vita ſancti Marinæ virginis et monachi.

12. Vita ſancti Symeonis Stylitis.

13. Iohannis [Caſſiani] heremitæ collationes x ad Leontium papam et Eladium fratrem cariſſimum.

XXXVII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv exaratus, in quo continentur,

1. Theorica Campani de motu planetarum.
2. Conjunctiones quædam planetarum calculatæ.
3. Kalendarium de ſcaccario.

Hoc kalendarium in uſum "auditorum compotorum" compilatum fuit, quibus, inquit autor in prefatione, "utile eſt ſcire ſuper quam literam dies "dominica in anno quo audiunt compota evenire contigerit; quia non decet "allocare reddentibus compota omnes dies dominicos et omnes dies feſtivales "tanquam celebrandos ab operibus, pro eo quod ſemper contingit, quod dies "dominicæ eveniunt ſæpe in anno ſuper aliquas dies feſtivales."

Per omnem annum notatur ex quot horis et minutis conſtat dies, et in altera columna continetur "occupatio diei artificialis" per miliaria ſtadia et paſſus computata, ita ut pro qualibet hora diei computantur tria miliaria: —ad finem menſis Januarii, "Quilibet dies iſtius menſis univerſaliter per "ſe uno cum altero computato continet 8 *horas cum dī et* 4 *minuta q. faciunt "*25 *mil.* 5 *ſtad.* 75 *paſs." et ſimiliter ad alios menſes.*

Se-

13.] *Vide* CLVI. 1.

XXXVII.] *Vet. Cat.* I. 2. *MSS. Angl.* 1370—93.

Sequuntur regulæ ad inveniendum quot ſunt dies operabiles in quolibet menſe, et quæ occupatio media diei artificialis ſecundum literam dominicam.

4. Tabulæ arithmeticæ.
5. Aliud kalendarium, cum cyclis tribus eclipſium ſolis et lunæ ab anno 1330 ad annum 1386, *cum figuris depictis earundem eclipſium.*
6. Liber compoti, ſive explanatio kalendarii verſibus hexametris.
7. Algoriſmus *verſibus hexametris.*
8. Tabulæ aſtronomicæ et de complexione ſignorum.
9. Tractatus de fatis, *Gallice.*
10. Tractatus Hippocratis pro infirmitatibus per aſtronomiam cognoſcendis.
11. Tous les noums des chatelx d'Engleterre et enſement abbes et prioreez en cheſcun countee.
12. Nomina hundredorum villarum et hamelettorum tocius comitatus Suffolciæ.
13. Statuta de diſtrictionibus.
14. Statuta de ſcaccario.
15. Placita coram juſticiariis itinerantibus apud turrim London. 14 Edw. II.
16. Breve, quod dicitur de quo warranto ad vicecomitem London. quo recitantur conſuetudines ejuſdem civitatis.
17. Alia brevia officiarios ſcaccarii aut civitatem London. tangentia.
18. Ordinationes civitatis London. *Gallice.*
19. Proclamatio regis de injuſtis oppreſſionibus et gravaminibus et placita de eiſdem.
20. Valew of wools in the ſeveral counties of England.
    The higheſt price is x and the loweſt v marks per ſack.
21. Lex mariſci.
22. Nomina vicecomitum Scotiæ, et ſumma cujuſlibet vice-comitatus.
23. Ordinance pour le royaume et la maiſon du roi.

24. Les

7.] *Vide* CXXXIII. 1.

24. Les conditions ſur le rendre de la ville de Berewyk 1333.
25. De ſervitiis et redditibus regis in Hibernia, A. D. 1317.
26. La forme del treve priſe entre ſire Edward roy d'Engleterre [et le roi de France.]
27. De ponderibus et menſuris rerum diverſarum in Anglia.
28. Modus menſurandi terram.
29. Le arrai et l'aſſemble des gens d'Eſcoce, qui vindrent a la bataille de Berewyk.

XXXVIII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv exaratus, cujus primo folio inſcribitur,

"Tabula ſuper decreta et ſuper decretales cum caſibus ſummariis "quinque librorum decretalium et ſexti et ſeptimi cum aliis tractati- "bus neceſſariis; *quam acquiſivit eccleſiæ ſancti Auguſtini Cant. frater* "*I Mankael, cujus animæ propicietur Deus. Amen.*"

In eo autem continentur tractatus infra ſcripti,

1. Tabula ſuper Innocentis [opus] quæ vocatur Margarita, *fol.* 2.
2. Caſus ſummarii quinque librorum decretalium et ſexti et ſeptimi uſque de regularibus et tranſeuntibus ad religionem, *fol.* 9.
3. Caſus juris in quibus aliquis contrahit infamiam, *fol.* 48.
4. Caſus juris in quibus aliquis eſt ipſo jure excommunicatus, *fol.* 49.
5. Caſus juris in quibus aliquis eſt excommunicandus, ibid.
6. Caſus juris in quibus aliquis eſt ipſo jure ſuſpenſus, *fol.* 51.
7. Caſus juris in quibus aliquis eſt ſuſpendendus. *fol.* 52.
8. Tractatus de ſententiis excommunicationis ſuſpenſionis et interdicti, *fol.* 53.
9. Tractatus de menſura temporis in agenda penitentia ſecundum canones, *fol.* 55.
10. Tractatus de privilegiis et exceſſibus prelatorum, *fol.* 56.
11. Tractatus de diſpenſationibus ſuper irregularitate, *fol.* 58.

12. Caſus

XXXVIII.] *Vet. Cat.* P. 17. *MSS. Angl.* 1521—254.

12. Caſus in quibus Papa diſpenſare non poteſt, *fol.* 64.
13. Caſus in quibus ſolus Papa diſpenſare poteſt, *ibid.*
14. Tractatus de diſpenſationibus epiſcoporum, *fol.* 69.
15. Caſus in quibus epiſcopus non diſpenſat, *fol.* 71.
16. Tractatus de diſpenſationibus legatorum ſedis apoſtolicæ, *fol.* 73.
17. Quis ſit legatus et quid ad officium legati pertinet, *ibid.*
18. De diſpenſationibus patriarcharum et primatum, *fol.* 75.
19. De diſpenſatione abbatum, *ibid.*
20. De effectu diſpenſationis, *fol.* 76.
21. Pro quibus culpis ſit penitens ad epiſcopum remittendus, *fol.* 77.
22. Tractatus de penitentiis et remiſſionibus, *fol.* 78.
23. Aureum memoriale confeſſorum, *fol.* 80.
24. Expoſitiones quorundam verborum, *fol.* 85.
25. Tabula quædam de diverſis titulis decretalium, *fol.* 86.
26. Tabula dictorum Innocentis de diverſis titulis decretalium excerptorum, *ibid.*
27. Brevis continentia materiæ decretorum, *fol.* 117.
28. Tabula ſuper decretales, *fol.* 135.
29. Tabula ſuper decreta, *fol.* 169.
30. Concordantia decretorum ad titulos decretalium, *fol.* 309.
31. Explanationes verborum legum, *fol.* 310.

XXXIX.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xv exaratus, in quo continetur, Pantalogia rerum naturalium, lib. xv. *deſunt reliqui.*

XL.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv exaratus, in quo continentur, Franciſci Petrarchæ de Florentia, lauriati poetæ de remediis utriuſque fortunæ, lib. 11.

XLI. *Codex*

XXXIX.] *Vet. Cat.* P. 16. *MSS. Angl.* 1510—243.
XL.] *Vet. Cat.* P. 18. *MSS. Angl.* 1520—253.

XLI.

Codex membranaceus in folio, in quo continetur,

Bedæ venerabilis hiſtoria eccleſiaſtica gentis Anglorum ab Ælfredo rege, Saxonice verſa.

Hoc codice uſus eſt Abrahamus Whelocus in ſua bujuſce operis editione; cui forſan debetur ſequens notula fronti libri inſcripta. " *Verſio hæc multis* " *in locis, ut pag.* 185, 186, *tantum differt a MS. bibliothecæ publicæ ver-* " *ſione, ut tantum non altera videri poſſit. ſed pag.* 195 *reliquis MSS. fere* " *convenit.*"

Margini hujus codicis paſſim inſcribuntur preces exorciſmi et etiam homeliæ Saxonicæ.

Folio ultimo, " *hunc librum dat Leofricus epiſcopus eccleſiæ S. Petri* " *apoſtoli in Exonia, ubi ſedes epiſcopalis eſt, ad utilitatem ſucceſſorum ſuo-* " *rum; ſi quis illum abſtulerit inde, ſubjaceat maledictioni. fiat, fiat, fiat.*

" Thas boc gef leofric b̄ into ſc̄e Petres mynstre on Exancestre [illegible] se " Bisceop-stol is for his saple alysednysse and gif hig hwa ut ætbrede God hine " fordo on ðære e ..

XLII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xii exaratus, cujus primo folio inſcribitur,

" Liber de vita ſancti Martini, et aliorum plurimorum ſanctorum " cum aliis diverſis contentis, *Iohannis Ryngewolde quondam monachi* " *Dovoriæ, cujus animæ propitietur altiſſimus. Amen.*"

In eo autem continentur,

1. Vita ſancti Martini, lib. iii.
2. Vita ſancti Edmundi ad Dunſtanum epiſcopum per Abbonem Floriacenſem.
3. Legenda ſanctorum, *imperfect.*
4. Vita S. Dunſtani per Oſbernum.
5. Narratio miraculorum ſanctæ Dei genetricis.

XLIII. *Codex*

XLI.] *Vet. Cat.* S. 2. *MSS. Angl.* 1544—277.
XLI.] *Vide* CCLXIV. 9. CCCLIX. 1. CCCCXXVII. 7.
XLII.] *Vet. Cat.* H. 2. *MSS. Angl.* 1360—83.
1.] *Vide* IX. 22.
4.] *Vide* CCCXXVIII. 1.

XLIII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv exaratus, in quo continentur,

1. Gulielmus Malmburienſis de pontificibus Anglorum.

Liber quintus manu neoterica in chartis exaratus eſt.

2. Tractatus de viſione monachi Eveſhamiæ, A. D. 1196.

Ad frontem hujus tractatus ſequentes notas ſcripſit reverendiſſimus præſul, cui hunc cæteroſque fere omnes hujus bibliothecæ codices debemus.

" *In hac fabula ſequenti videre licet quam libenter paſſi ſunt majores " noſtri ſe illudi vanis hujuſmodi viſionibus quibus fere prædicatores uſi ſunt " in comprobatione rerum et articulorum fidei quas tractabant, preterita ut " plurimum auctoritate ſacrarum ſcripturarum.*

" *Hæc viſio tanti habebatur apud majores noſtros, ut etiam in multis " libris ſcriptam propagari fecerunt.*"

" *Non incongrue aſcribitur hæc fabula revelationis monacho de Eoveſham, " nam edificatio ipſius coenobii initium habuit a viſione oſtenſa Eguvino " Wiciorum epiſcopo primo fundatore, qui in charta in anno 714 ſua proteſ- " tatur, ſanctam virginem Mariam primum cuidam paſtori gregum Eoves " nuncupato, et poſtea ſibi, cum duabus virginibus, librum in manibus tenen- " tem apparuiſſe, et locum pro edificando monaſterio oſtendiſſe, unde illi nomen " Eoveſham dedit, ut Kenredus rex Merciorum et Offa rex orientalium Anglo- " rum teſtantur in charta ſua, A. D. 709.*"

XLIV.

Codex membranaceus forma quadrata in folio, ante conquiſitionem Angliæ (uti videtur) ſcriptus, viz.

Pontificale Anglicanum, *quo continentur,*

1. Prefatio Saxonica, *cujus pars maxima deſideratur.*

2. Ordo vel examinatio in ordinatione epiſcopi.

Promittit epiſcopus ordinandus ſe plebem ei commiſſam ex ſacris ſcripturis docturum, officium epiſcopale fideliter obſecuturum, eccleſiæ Dorobernenſi ſe fore

---

XLIII.] *Vet. Cat.* H. 1. *MSS. Angl.* 1359—82.
XLIV.] *Vet. Cat.* I. 1. *MSS. Angl.* 1369—92.
XLIV.] *Vide* LXXIX. CXLVI. CLXIII.

fore ſubjectum et obedientem: et articulis fidei aſſenſum præbet. Nihil vero hic invenies de ſubjectione a ſede Romana ab electis poſtea exacta, nec de tranſubſtantiatione.

3. Ordo qualiter domus Dei eſt conſecranda.

Prolixa eſt hæc conſecrationis forma, complectens non ſolum ritus in eccleſiæ conſecratione obſervandos, ſed etiam formam conſecrandi altaris cimeterii, baptiſterii, omniumque veſtimentorum et librorum, quibus uti ſolebant majores noſtri in ſacris celebrandis.

Patena benedicitur " ad conficiendum in ea corpus Domini," et oratur " ut quicunque ex hac patena ore panem ſacratum perceperint, Chriſtum " vivum et verum panem corde concupiſcant et capiant:" in calicis vero benedictione oratur, " ut quicunque miſticam ſanguinis Chriſti memoriam " prægustaverint," &c. vaſculum euchariſtiæ vocatur " hoc miſterii cor- " poris Chriſti gerulum" et " Corporis Chriſti novum ſepulchrum" et " ad " miſtici corporis ejus cuſtodiam" conſecratur.

Crux, poſtquam conſecrata eſt, adoratur.

Imagines quæ conſecrantur ſunt ſanctæ crucis virginis Mariæ geſtantis Chriſtum, et ſancti Ioannis Evangeliſtæ.

4. Ordo novem eccleſiaſticorum graduum, quorum primus eſt oſtiarius, ſecundus pſalmiſta, tertius lector, quartus exorciſta, quintus accolitus, ſextus ſubdiaconus, ſeptimus diaconus, octavus preſbiter, nonus epiſcopus.

5. Ordo qualiter in Romana eccleſia preſbiteri diaconi ſubdiaconi vel ceteri gradus clericorum a Domino pontifice apoſtolicæ ſedis benedicendi et ordinandi ſunt.

In ordinatione diaconi epiſcopus ait " accipe iſtud volumen evangelii, lege " et intellige et tu aliis trade, et tu opere adimple per Chriſtum."

In preſbiteri ordinatione nulla mentio celibatus, nulla traditio calicis et patenæ; ſed conſecratur " ad oblationes faciendas pro vivis et mortuis, et ut " in ſalutem ſui et totius plebis ſuæ, corpus et ſanguinem filii Dei immacu- " lata benedictione transformet."

6. Ordinatio epiſcopi et archiepiſcopi.

In archiepiſcopi ordinatione nulla profeſſio ſubjectionis eccleſiæ Romanæ, pallium vero dicitur ei eſſe traditum a ſummo pontifice.

7. Conſecratio regis.

Finita

Finito Te Deum, "*rex erigatur de ſolo et ab epiſcopis et a plebe electus,*
"*hæc tria ſe ſervaturum jura promittat, et clara voce coram Deo omnique*
"*populo dicat hoc modo,*" *hæc tria populo chriſtiano et mihi ſubdito in Chriſti*
"*promitto nomine: imprimis ut eccleſia Dei et omnis populus chriſtianus*
"*veram pacem noſtro arbitrio in omni tempore ſervet; aliud ut rapaci-*
"*tates et omnes iniquitates omnibus gradibus interdicam; tertium ut in om-*
"*nibus judiciis æquitatem et miſericordiam præcipiam, ut mihi et vobis in-*
"*dulgeat ſuam miſericordiam clemens et miſericors Deus, qui vivit et*
"*regnat.*"

Vocatur "*rex Anglorum vel Saxonum,*" *et hinc contendit Cl. Stanleius codicem ante heptarchiæ diſſolutionem fuiſſe exaratum; ſed hoc prohibet Ælphegi, qui initio ſeculi xi floruit, in litania invocatio; regnum præterea vocatur regnum Anglo-Saxonicum.*

8. Conſecratio reginæ.
9. Ordinatio monachi.
10. Conſecratio abbatis.
11. Benedictio virginis.
12. Benedictio ferri ab epiſcopo danda in judiciis.
13. Exorciſmus aquæ ad judicium Dei demonſtrandum.
14. Exorciſmus panis ordeaci et caſei.

Nonnulla quæ ad calcem hujus codicis olim deſiderabantur, manu neoterica adduntur.

In hoc codice verba polyſyllabica acutis accentis notantur.

XLV.

Codex membranaceus ſeculo xiv exaratus, in quo continentur,

1. De origine prima gentis Francorum et eorum ſucceſſu [ad annum 1333.]
2. Arbor genealogiæ regum Franciæ a Pharamundo ad Philippum vii.

Ornatur figuris omnium regum depictis, et margini inſcribitur brevis eorum hiſtoria.

3. Hiſ-

XLV.] *Vet. Cat.* B. 6. *MSS. Angl.* 1294–18.

3. Hiſtoria comitum Tholoſanorum ad annum 1271.
4. De imperatoribus Romanis a Julio Cæſare ad annum 1313.
5. Tractatus brevis de temporibus et annis generalium et particularium conciliorum.
6. De ordinatione officii miſſæ facti a Domino Jeſu Chriſto et ſanctis ejus apoſtolis, ac demum per ſummos Romanos pontifices ſucceſſive.
7. Caſus qui contingere poſſunt in celebrando miſſam.
8. Nomina [et brevis hiſtoria] apoſtolorum et diſcipulorum Chriſti.
9. Libellus brevis et utilis de articulis fidei et ſacramentis eccleſiæ et preceptis decalogi cum quibuſdam aliis annexis in fine, pro lectoribus et curatis eccleſiarum noſtræ Lodovens. dioces. ad erudiendum plebes ſibi commiſſas.
10. Fabuloſa hiſtoria Gallice ſcripta, continens, ut videtur, actus regis Arthuri.

Hanc fabulam, uti annotavit Joſſelinus, Anglicano ſermone, typis mandavit Willelmus Copland.

XLVI.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiii exaratus, in quo continentur,

1. Iohannis de Sareſberie Polycraticus de curialium nugis et veſtigiis philoſophorum, lib. viii.
2. Ejuſdem metalogicon, lib. iv.

XLVII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv exaratus in quo continetur,
Petri Cantoris Pariſienſis liber de diſtinctionibus.

XLVIII.

Codex membranaceus in folio, caractere parvo et nitido exaratus,
Biblia Latina cum apocryphis et prefationibus Hieronimi.

Nota

XLVI.] *Vet. Cat.* O. 14. *MSS. Angl.* 1485—218.
XLVII.] *Vet Cat.* O. 15. *MSS. Angl.* 1486—219.
XLVII.] *Vide* CCCXCVII. 2.
XLVIII.] *Vet Cat.* E. 3. *MSS. Angl.* 1322--46.

Nota * *neoterici folio rejectitio inſcripta* "*Senatus Bravonius monacho-* "*rum Wigorniæ principis Wicciorum urbis præſes non ignobilis fuit, quæ* "*urbs et Bravonium olim dicebatur. Wigornia nempe civitas eſt ad limitem* "*fere Angliæ et Walliæ poſita, quam ab occidente Sabrinæ flumen alluit.*"

"*Coenobium illud alioqui clarum, Senatus iſte in primis eruditus, bonarum* "*artium cognitione clarius multo reddidit; Rogerus ejuſdem ſedis epiſcopus* "*hoc calculo clariſſimum illum habuit, tum preterea familiaritate conjunc-* "*tiſſimum.*"

"*In pretio nempe fuit ſub Henrico Anglorum rege ejus nominis ſecundo,* "*cognomento Plantageneta, anno gratiæ per Chriſtum patefactæ* 1170, *de-* "*mumque vitæ ſuæ finem in prefato coenobio accepit.*"

"*Hæc biblia ſcripta per Senatum ut in prologo ſuo ante canones evange-* "*liorum.*"

Deeſt liber pſalmorum.

Ante canones evangeliorum eſt tractatus magiſtri Senati Wigornienſis bib-liothecarii de concordia et diſpoſitione canonum, in quo aſſerit ſe hunc librum ſcripſiſſe ad exemplar alterius Romæ conſcripti quem beatæ memoriæ rex Offa eccleſiæ Wigornienſi contuliſſe dicitur: et hinc habitus eſt iſte codex pro auto-grapho ipſius Senati, cujus ævo caracter et ornamenta libri ſatis conſonant.

Poſt actus apoſtolorum ſequuntur ſeptem epiſtolæ canonicæ et apocalypſis, deinde epiſtolæ Pauli, et poſtremo epiſtola ad Laodicenſes, cui manu admodum neoterica apponitur verſio Anglicana, in qua nihil video ſeculo Wicleviano antiquius.

Quatuor evangelia quatuor columpnis in eadem pagina exarantur, eo modo quod ſimul incipiunt deſinuntque.

Ad finem tabula alphabetica nominum propriorum in S. S. cum expla-natione.

XLIX.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv exaratus, in quo literæ initiales ornantur illuminationibus ad hiſtoriam ſacram pertinentibus.

Biblia Latina cum apocryphis et prefationibus Hieronimi.

Folio

---

* *Nota*] ex Balæo ad verbum deſumpta.

XLIX.] *Vet Cat.* E. 2. *MSS. Angl.* 1320—44.

XLIX.

Folio rejectitio ad initium codicis inſcribitur " *biblia G. de Langele minor.*"

Dorſo ultimo folio manu neoterica " *anno Domini milleſſimo quingenteſimo* " *ſexageſimo*" *hincque nimis facile opinatus eſt Cl. Stanleius codicem eo anno fuiſſe exaratum.*

L.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiii exaratus, in quo continentur,

1. Brevis tractatus de regibus Angliæ a primo adventu Bruti ad Ethelredum filium Edgari.
2. Romanz de Brute par meſtre Wace,

Incipit, " *Ki vult oir et vult ſaver*
" *De rei en rei de en en en*
" *Qi cils furent et dunt il vindrent*
" *Qi primes Engleterre tindrent*
" *Meſtre WACE lad tranſlate.*"

Explicit, " *Ci faut leſtorie des Bretuns*
" *E le lignage des barons*
" *Ki del lignage Bruti vindrent*
" *Ki Engleterre lunges tindrent*
" *Puis ke Deus incarnacion*
" *Priſt pour noſtre redempcion*
" *Mil e cent e cinkaunte anz*
" *Fiſt meſtre WACE ceſt romanz.*

Proſequitur hiſtoriam Bruti et principium Britonum uſque ad tempus Athelſtani regis.

3. Romanz de un chivaler e de ſa dame e de un clerk.

Incipit, " *Un chivaler jadis eſtoit.*"

4. Leſtorie de Syres Amis et Amilun.

Incipit, " *Ki veut oir chancoun damur.*

5. *Leſtorie de iiii ſoeurs.*

Incipit, " *Entendez a moi li veuz e enfanz.*

6. Ro-

L.] *Vet. Cat.* F. 3. *MSS. Angl.* 1334—58.

6. Romanz de Gui de Warwyk.
Incipit, " *Puis cel tens ke Deus ſu nez.*
Liber de librario S. Auguſtini Cantuar.

LI.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xii ſcriptus, in quo continentur,

1. Chronicon Euſebii Cæſarienſis ex verſione Hieronimi ad annum 329.
2. Continuatio Hieronimi ad annum 378.
3. Continuatio Proſperi ad mortem Valentiani.
4. Continuatio Sigeberti Gemblacenſis ad annum 1113.

Ad annum 1109 *annotavit in margine Joſcelinus, Sigebertum Gemblacenſem chronicon ſuum ibi clauſiſſe et reliqua Ranulpho Diceto deberi; editores autem hujus chronici, ut diſcimus ex Caveſio et Oudino, omnia uſque ad annum* 1113, *quo mortuus eſt Sigebertus, ei attribuunt; ſed nec hæc nec illa opinio mihi arridet, eo quod ex rebus memoratis patet hoc qualecunque ſupplementum aliquem ex cænobio Aquiticenſi habuiſſe autorem.*

LII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiii ſcriptus, in quo continetur,
Petrus Lombardus in epiſtolas omnes D. Pauli.

LIII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv exeunte ſcriptus, olim ut patet ex antiqua inſcriptione peculium Hugonis de Stivecle prioris [*Petroburgenſis,*] *in eo autem continentur,*

1. Pſalterium.

Hoc pſalterium ſcriptum eſt caractere Gothico nitidiſſimo, literis initialibus ubique auro et coloribus vividiſſimis depictis; ad initium ſunt viginti quatuor illuminationes totidem paginas occupantes; quarum xii repreſentant nati-

---

LI.] *Vet. Cat.* F. 2. *MSS. Angl.* 1333--57.
LII.] *Vet. Cat.* O. 2. *MSS. Angl.* 1475--208.
LIII.] *Vet. Cat.* E. 12. *MSS. Angl.* 1327--51 et 1328--52.

nativitatem, paſſionem, &c. Domini noſtri, ſumma elegantia et nitore delineatas, et auro variiſque coloribus ornatas, reliquæ xii continent ſingulæ figuras prophetæ et apoſtoli coloribus leviter tinctas.

Ante pſalterium occurrit kalendarium, *et ad finem,* Canticum Hezechiæ, hymnus Moyſis, Te Deum, et alii hymni e ſcripturis ſacris: Symbolum Athanaſii, Litania, ſupplicationes ad ſanctos, Commendatio animæ morientis, et preces pro mortuis.

2. Breves annales Angliæ, Gallice ſcripti, a Bruto ad Henricum iv.
3. Brevis hiſtoria Cœnobii Petroburgenſis a prima fundatione ad annum 1400.
4. Hiſtoria naturalis omnium fere animalium, *ornata figuris illuminatis.*

LIV.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv ſcriptus, in quo continetur,

Odo [Cantuarienſis] ſuper quatuor priores libros Moyſis.

" *Liber ſanctæ Mariæ de Coggeſhal.*

LV.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiii exaratus, in quo continetur,

Expoſitio Stephani de Langtune archiepiſcopi Cantuarienſis in Pentateuchum, Joſuam, Judices, Ruth, iv libros Regum, ii libros Paralipomenon, Tobiam, Judith, Eſther, Eſdram, 1mum librum Maccabæorum, et Iſaiam.

Deeſt initium prologi in Geneſin.

LVI.

Codex chartaceus in folio, ſeculo xvi ſcriptus, in quo continetur,

Matthei Paris hiſtoria minor a coronatione Willelmi I. ad mortem Henrici III, anno 1273.

Hunc

4.] *Vide* XXII. 2. CCCLXIX. 2.
LIV.] *Vet. Cat* M. 11. *MSS. Angl.* 1426—149.
LV.] *Vet. Cat.* M. 13. *MSS. Angl.* 1428—151.
LV.] *Vide* XXXI. LVIII. LXXXIX. CCIV.
LVI.] *Vet. Cat.* C. 10. *MSS. Angl.* 1307--31.

LVI.

Hunc apographum fieri fecit Parkerus ex codice Arundeliano ut patet ex prefatione editionis ſuæ. Hiſtoria minor deſinit in anno 1250, *cætera deſumuntur ex hiſtoria majori; et ex hoc codice edità ſunt a Parkero uti fidem faciunt notæ typographicæ margini inſcriptæ. Codex porro ornatur ſcutis nobilium, &c. ad inſtar, cod. XXVI. XVI.*

LVII.

Codex membranaceus vetuſtiſſimus in 4to *major. literis Saxonicis ſcriptus, qui olim, uti videtur, fuit monaſterii Abbendunenſis; in eo autem continentur,*

1. Regula ſancti Benedicti.
2. Memoriale qualiter in monaſterio converſare debemus.
3. Epitome Lothwici imperatoris ſuper regulam beati Benedicti.
4. Abbreviatio ejus qui ſupra.
5. Martyrologium vetuſtiſſimum.
   In margine hujus martyrologii notantur variis manibus obitus diverſorum ſanctorum et monachorum, inter quos Dunſtanus et Beda.
6. Smaragdi diadema monachorum.

Deſunt fere xvi capita poſtrema.

LVIII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv ſcriptus, in quo continetur,

Tractatus venerabilis Stephani [de Langetune] archiepiſcopi Cantuarienſis ſuper Eccleſiaſtem.

Ad finem, " *Sit de valle Dei Roberti mons requiei*
" *Merces, me cujus explicuit calamus.*

LIX.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv in cœnobio D. Martini, ut videtur, ſcriptus, in quo continentur,

1. An-

LVII.] *Vet. Cat.* B. 4. *MSS. Angl.* 1292--16.
1.] *Vide* CLXXVIII. 2. CCCLXVIII.
LVIII.] *Vet. Cat.* M. 12. *MSS. Angl.* 1427--150.
LVIII.] *Vide* XXXI. LV. LXXXIX. CCIV.
LIX.] *Vet. Cat.* D. 1. *MSS. Angl.* 1308--32.

1. Anſelmi Cantuarienſis imago mundi, lib. ii.

Hic libellus in alio codice hujus bibliothecæ, viz. LXVI. 1. *adſcribitur Henrico canonico: cæterum omnino conſonant hæc duo exemplaria, ſi excipias prologos, qui ſunt diverſi, et chronologiam, quæ ulterius deducitur in cod. LXVI.*

2. Epiſtola preſbiteri Ioannis de India ad Emanuelem imperatorem Conſtantinopol.
3. Epiſtola Alexandri regis magni Macedonis ad magiſtrum ſuum Ariſtotelem de ſitu Indiæ.
4. Chronica Romanorum pontificum a tempore Jeſu Chriſti et Octaviani imperatoris [uſque ad Nicolaum iii anno 1277, et recentiori manu ad Clementem vi, autore Martino Polono.]

In hoc codice nulla ſit mentio Johannæ papiſſæ.

5. Commemoratio ſtationum urbis Romæ; — epiſcopi qui ſunt immediate ſubjecti papæ: — eccleſiæ quinque parochiales in Roma: — eccleſiæ in Roma quibus aſſignati ſunt preſbiteri vel diaconi cardinales: — archiepiſcopi cum ſuis ſuffraganeis in Siculia, Calabria, Apulia, Terra-laboris, Tuſcia, Flaminia, Lumbardia, Dalmatia ſupra mare, Iſtria ſupra mare, Sclavonia, Hungaria, Polonia, Allemannia, Provincia, Burgundia, Francia, Normannia, Aquitania, Vaſconia, Tocia, Catalonia, Hiſpania, Anglia, Dacia, Norwagia, Sueſcia, Scotia, Hybernia, Sardinia, ultra mare ſeu in parte infidelium; — imperatores Romani et reges Chriſtiani.
6. Catalogus pontificum Romanorum a beato Petro ad Nicolaum iii.
7. De ſchiſmatibus in ſede Romana.
8. Catalogus archiepiſcoporum Cantuar. a S. Auguſtini ad Simonem Mepeham.

9. Cata-

1.] *Vide* LXVI. 1. 12. 16.
2.] *Vide* LXVI. 13.
3.] *Vide* CCCLXX. 2.
4.] *Vide* 11. CXCIV. 5. CCCLXXII. 1. CCCCXXVII. 4. 5.

9. Catalogus omnium pontificum Romanorum et omnium imperatorum ad Innocentium iii.
10. De ſynodis nonnullis.
11. Chronica imperatorum Romanorum ad annum 1308, autore Martino Polono.
12. Liber Methodii [Paterenſis] martyris de principio ſeculi et de regnis gentium et fine ſeculorum.
13. Beda de ſitu Britanniæ, — commendatio ejuſdem — et de mirabilibus ejus.
14. Annales de geſtis Britonum, Saxonum, Danorum et Normannorum, *deſinunt in anno* 1216.
15. Alia chronica breviſſima a tempore adventus Normannorum in Angliam ad annum 1242.

Hæc chronica aſcribuntur Thomæ Wickes canonico de Oſneye a quodam neoterico, minime tamen concordant cum eis a Cl. Gale ſub nomine hujus autoris editis, et potius ex frequenti mentione cænobii Mertonenſis in agro Surrienſi, cuidam ejus loci monacho aſcribenda videntur.

16. Les ſervices qe les barouns des Cynk-portes deivent au roi de an en an par meer ſi meſter eſt.
17. De wardis caſtri Dover.
18. Confirmatio magnæ chartæ a rege Henrico III. ſub initio ejus regni facta.
19. Carta de foreſtis ejuſdem regis.
20. Sententia prelatorum pro pace regni et libertate eccleſiæ, anno 1253.
21. Epiſtola Innocentii papæ ad archiepiſcopos et epiſcopos Angliæ pro confirmatione literarum ab illis editarum de cartis precedentibus.
22. Duæ Bullæ Alexandri papæ pro confirmatione earundem cartarum.

" *Memorandum quod tres prediċtæ literæ bullatæ in cuſtodia venerabilis*
" *patris Laurentii Roſſenſis epiſcopi, qui eas impetravit, remanſerunt.*"

23. Bulla

11.] *Vide* 4. CXCIV. 5. CCCLXXII. 1. CCCCXXVII. 4 5.
12.] *Vide* LXVI. 26. CCLXXXVIII 10. CCCCIV. 2.

23. Bulla Innocentii papæ ii pro clericis Cantuarienſis provinciæ ne ſolvant procurationes archiepiſcopo ratione viſitationis.
24. Bulla ejuſdem papæ ne archiepiſcopus ſuffraganeorum ſuorum jurisdictionem impediat in appellationibus ad ſedem apoſtolicam vel metropolitanam.
25. Carta libertatum Surriæ conceſſa per Edwardum I.
26. Oleroun de jugemens de la meer.
27. Teſtimonium libertatum et immunitatum eccleſiæ S. Martini infra Dover a rege Withredo fundatæ.
28. Statuta quæ dicuntur proviſiones de Marleberge.
29. Les eſtabliſemens del roi Edward fiz del roi Henri fiſt a Weſtminſter a ſon premier general parlement.
30. Proviſiones Gloceſtriæ, *partim Latine partim Gallice.*
31. Statutum de religioſis 7 Edw. I.
32. Proviſiones de Mertone 20 Hen. III.
33. Statuta facta apud Weſtmonaſterium 13 Edw. I.
34. Carta Adelfreidi regis de libertate eccleſiæ.
35. Carta Cnuthonis regis de immunitatibus monaſterii de Exenceſtre.
36. Carta de tranſlatione ſedis cathedralis de Crideton in Exon. anno 1050.
37. Petitiones oblatæ in parliamento apud Karleol.
38. Edw. I. contra gravamina et extortiones papæ, et ordinationes ibidem factæ in hac cauſa.
39. Bulla Iohannis papæ contra quoſdam errores magiſtri Iohannis de Senliaco S. T. D.
40. Tabula genealogica oſtendens jus quod habet rex Angliæ in regnum Franciæ.
41. Breve regis Waltero de Glouceſt. eſcaetori ſuo citra Trentam directum, ut per ſacrum proborum et legalium hominum inquirat, utrum quædam tenementa in Leyſtona Knoleſhale Theberton fuerunt abbatis et conventus Leyſtonæ ante publicationem ſtatuti de terris et tenementis ad mortuam manum non ponendis.
42. Verſus de tempore Iohannis Straw.

43. Lettre

43. Lettre des barons au pape Clement vi: *an Engliſh tranſlation of this letter written on paper in the 16th century is inſerted immediately before it.*
44. La manere de la renonciation del roy Richard de ſa corone et de la election del roy Henri le quarte puis le conqueſte.
45. Proceſſus viſitationis monaſterii de Begeham per Willelmum abbatem de Langedone; in qua viſitatione Laurentius abbas officium reſignavit, et Lucas de Coldone electus eſt in locum ejus, anno 1315.
46. Proceſſus nuntii papæ contra regem Ioannem.
47. Carta regis Iohannis facta papæ et eccleſiæ Romanæ, qua ſe regnumque ſuum ſedi apoſtolicæ ſubjecit, et ad tributum annuum mille marcarum ſolvendum obligavit.
48. Bulla papalis confirmans chartam regis Iohannis de liberis electionibus eccleſiæ Anglicanæ, *manu neoterica.*
49. Statutum Edwardi III, anno regni Angliæ 20° Franciæ 7°.

* * *quædam folia exciſa* * *

50. Concluſio bullæ papalis pro reſidentia prelatorum.
51. Tractatus theologicus de officio ſacerdotali, &c.
52. Citatio primi capituli provincialis, in qua inſeritur copia et tenor bullæ directæ executoribus per Benedictum papam xii. anno 1327.
53. Decretum principum Romani imperii, quod imperator electus non debeat a papa confirmari, factum anno 1327.

* * *alia quædam exciſa* * *

54. Conſtitutiones de Clarendon factæ per Henric. II. anno 1164. *Fraterculus, qui eas tranſcripſit, titulum appoſuit,* "*funeſti cyrographi glorioſi neomartyris Thomæ primo exilii et poſtea martyrii cauſæ.*"
55. Epiſtola Domini Cantuarienſis archiepiſcopi ad Ciceſtercienſes de cupiditate in decimis exigendis reprimenda.
56. Monitio regis Edgari prælatis et abbatibus, *fine mutilata.*

LX. *Codex*

43.] *Vide* 38.

LX.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xv exaratus, in quo continetur,
Ioannis Pariſienſis hiſtoria univerſalis vel memoriale hiſtoriarum.
Hiſtoria deducitur a creatione ad annum Chriſti 1322.

LXI.

A parchment book in folio neatly written, and ornamented with a frontiſpiece richly illuminated, containing,
Chaucers Troilus, a poem in four books.

LXII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiii ſcriptus, in quo continentur,

1. Parabolæ Salamonis, Eccleſiaſtes, et Cantica canticarum cum gloſſa.
 Imo paginæ inſcribitur, " Liber de clauſtro Roffenſi per L. vica- " rium de Stoke."
2. Vita S. Bernardi abbatis [Clarævallenſis] a tribus abbatibus conſcripta. lib. v.
 Primus liber autorem habuit Willelmum abbatem S. Theodori; huic vero immediate adjungitur, " Subſcriptio operis precedentis quam auctore " defuncto Burchardus abbas Balnenſis appoſuit" quæ tota eſt in laudem predicti Willelmi; liber ſecundus debetur Arnaldo abbati Bonævallis; tres ultimos libros edidit Gaufridus abbas Clarævallenſis.
 Primo folio hujus vitæ inſcribitur, " Liber de clauſtro Roffenſi per " Paulum priorem."
3. Vita S. Malachiæ archiepiſcopi Hibernenſis ſcripta per S. Bernardum [Clarævallenſem.]
4. Hiſtoria miraculi de quodam educto de corpore ex relatione Donati Caſſilienſis archiepiſcopi.
5. Liber apologeticus beati Bernardi [Clarævallenſis] de vita et moribus religioſorum ad Willelmum abbatem.

LX.] *Vet. Cat.* B. 8. *MSS. Angl.* 1296—20.
LXI.] *Vet. Cat.* B. 5. *MSS. Angl.* 1293--17.
LXII.] *Vet. Cat.* Sub. D. 4. *MSS. Angl.* 1631--364.

6. Beati Bernardi [Claraevallenſis] epiſtolæ iv, quarum 1ma ad cardinales contra hæreſes Petri Abelardi; 2da ad magiſtrum Hugonem de Sancto Victore de eadem re; 3tia ad Henricum regem Angliæ; 4ta ad Willelmum abbatem.
7. Bernardus abbas de diſpenſatione et precepto.
8. Idem de gradibus humilitatis et ſuperbiæ.
9. Liber ejuſdem de diligendo Deo.
10. Idem de conſideratione ad papam Eugenium, lib. v.
11. Expoſitio Serlonis in orationem dominicam.
12. Eulogium Iohannis Cornubienſis ad Alexandrum papam iii.
13. Expoſitio venerabilis Bedæ preſbiteri in vii epiſtolas canonicas.

* * * *in chartis* * * *

14. Epiſtola Gualteri Philippi decani Roffenſis ad univerſam pubem ludi literarii Roffenſis.

LXIII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv ſcriptus, olim ut videtur peculium Thomæ Stoyl monachi, in quo continentur,

1. Orationes quam plures ad redemptorem noſtrum et ſanctos quarum pleræque Anſelmum Cantuarienſem habuerunt auctorem.
2. Proſologion ejuſdem Anſelmi.
3. Planctus beati Bernardi, ut dicitur, de dolore Dei et genetricis in morte filii ſui.
4. De confeſſione; — de contemplatione cujuſlibet horæ diei; — meditationes Bernardi et Auguſtini.
5. Liber ſancti Auguſtini [Hipponenſis] de conflictu vitiorum et virtutum.

6. Trac-

7.] *Vide* CCCXXV. 4.
13.] *Vide* CLX.
LXIII.] *Vet. Cat.* B. 7. *MSS. Angl.* 1295—19.
1.] *Vide* CCLXXXIV. 1.
2.] *Vide* CLIV. 2. CLV. 2.
4.] *Vide* XXXIV. 40. CCLIII. 1.

6. Tractatus Lotarii de contemptu mundi.
7. Electuarium in delectatione et refocillatione animæ, de creatione primi hominis et prevaricatione ejus.
8. [Ricardus de Sancto Victore] de ſtatu interioris hominis poſt lapſum.
9. Liber mandatorum Dei *ſive* ſylloge theologiæ: *uno duntaxat conſtat folio.*
10. Tractatus de ſeptem ſacramentis.
11. De ſeculis et ætatibus *ſive* tabula chronologica a creatione ad decimum annum Recenſuithini regis Hiſpaniarum et mortem Heraclii imperatoris.
12. Sermones varii de Chriſto, angelorum ordinibus, &c.
13. De ſeptem virtutibus, de oratione dominica, de ſeptem vitiis capitalibus, de ſeptem ſacramentis.
14. Libellus qui dicitur ars fidei.
15. Itinerarium mentis euntis ad Deum ſecundum fratrem bonæ fortunæ [Bonaventuram.]
16. Ejuſdem breviarum, lib. vi.
17. De officio et ordine miſſarum, quod unuſquiſque papa addidit a tempore beati Petri uſque ad papam Clementem tertium.
18. Statuta præſcripta priori et conventui Chriſti Cantuar. per Lanfrancum archiepiſcopum Cantuar.
19. Tituli decretalium, digeſtorum, veterum et novorum, codicis, inforciati, autenticorum.

20. Epiſtolæ et alia inſtrumenta ad monaſterium Chriſti Cantuar. pertinentia, *viz.* (1) Epiſtola prioris et conventus de Tyndria ad capitulum eccleſiæ Cantuarienſis, — ſe mutuo amicitiæ vinculo eſſe aſtrictos, negotiaque eccleſiæ Cantuarienſis, a Willelmo Wake commonacho ſuo Romanæ eccleſiæ capellano et penitentiario inchoata, eidem optato fine concludenda commendaſſe. — (2) Epiſtola A. prioris eccleſiæ Chriſti Cantuar. ad ſubpriorem et capitulum ejuſdem, quod dominus Portuenſis conceſſit ei ut preſentarent Galfridum de I. ad eccleſiam de Aldermane-Cherche in London. per reſignationem Lamberti ejuſdem domini clerici et nepotis jam in curia vacantem, cujus collatio ratione ſtatuti de beneficiis in curia vacantibus ad dictum dominum

minum pertinebat, orat igitur ut dictam preſentationem acceptantes omnia quæ reſtant facienda fideliter exequantur. — (3) Epiſtola W. de la Cornere papæ capellani ad ſuppriorem eccleſiæ Chriſti Cantuar. ut latori plenam velit adhibere fiduciam. — (4) Obligatio prioris et capituli eccleſiæ Chriſti Cantuar. ad ſolvendum dominæ Katerinæ Lovell LXXVIII marcas ab eadem domina mutuo acceptas, dat. 1268 menſe aprili. — (5) Epiſtola A. prioris et electi Cant. ad ſuppriorem et capitulum ejuſdem, quod acta ſuper confirmatione Roberti de Withampton electi Sariſburienſis ab aliquibus advocatis correcta, eis confirmanda miſit. — (6) Confirmatio electionis ejuſdem Roberti per capitulum Cantuar. 1270. — (7) Forma epiſtolæ ſupplicatoriæ ut preces fiant pro anima defuncti. — (8) Quædam de lite inter epiſcopos ſuffraganeos et capitulum Cantuar. circa electionem officialis curiæ Cant. ſede vacante. — (9) Forma epiſtolæ a monacho ad priorem de morte amici. — (10) Procuratorium capituli Cantuar. — (11) Epiſtola ſcholaris cujuſdam Oxon. ad quendam monachum de ratione ſtudiorum ſuorum et aliis negotiis. — (12) Epiſtola capituli eccleſiæ Sarum ad capitulum eccleſiæ Cant. — obnixe rogant ut, cum eccleſia Sarum multas paſſa ſit injurias pro reverentia quam tempore vacationis exhibuit eccleſiæ Cant. non negent micionem appellationis propter alicujus curiæ vel curialis potentiam. — (13) Epiſtola capituli Cant. ad omnia monaſteria ordinis S. Benedicti de lite orta inter eos et archiepiſcopum ſuum. — (14) Donatio annuæ penſionis x marcarum facta magiſtro W. de la Cornere per capitulum Cant.

21. Epiſtolæ CIII Bernardi Clarævallenſis.
22. Speculum humanæ ſalvationis, verſibus Latinis rythmicis.
23. Seneca de quatuor virtutibus cardinalibus.
24. Idem de paupertate honeſta.
25. Brevis et valida meditatio de beneficiis Dei ejuſdem Bonaventuræ.

LXIV.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xv ſcriptus, in quo continetur,

Veritas

LXIV.] *Vet Cat.* N. 1. *MSS. Angl.* 1443—166

LXIV.

Veritas theologiæ, lib. vii, autore, *ut annotavit neotericus*, Ægidio archiepiſcopo Bituricenſi.

LXV.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xii ſcriptus, in quo continentur,

Homeliæ in evangelia, quæ diebus feſtis legebantur a Paſchate ad dominicam ultimam poſt pentecoſten, e Beda Gregorio, Auguſtino, &c.

LXVI.

Codex membranaceus in folio, diverſis manibus et diverſis ſeculis exaratus; — in prima cujus parte ſeculo xiii ſcripta continentur,

1. Imago mundi contexta per Henricum canonicum eccleſiæ S. Mariæ civitatis Moguntiæ de rerum naturis, imperatoribus, regnis, regibus, et pontificibus, uſque ad Henricum imperatorem filium Henrici, lib. ii.
   Huic operi præfigitur mappa mundi, p. 5.
2. Quædam ex Plinio aliiſque de geographia.
3. Hiſtoria de origine Anglorum et de regnis eorum ab Adam uſque ad ſecundum Henricum imperatricis filium, qui regnavit in Anglia poſt pium et nobilem regem Stephanum, et de omnibus epiſcopatibus et epiſcopis totius Angliæ pulchre et ſubtiliter compoſita, *p.* 67.

Ex adverſo primæ paginæ eſt delineatio rotæ fortunæ coloribus illuminata; ſequitur tabula genealogica ab Adamo ad Woden, in qua enumerantur generationes ſaltem xxvi; et poſt hanc figura Wodeni ſatis nitida cum nominibus filiorum ejus unde reges Angliæ duxerunt originem: hiſtoria ipſa incipit ab heptarchia, et continuatur uſque ad Henricum II, ſed ea brevitate ut ſeptem ſolummodo conſtet foliis.

Liber ſecundus eadem brevitate enarrat ſucceſſionem epiſcoporum: res vero Eboracenſes fuſius cæteris tractantur, dimidio libri huic provinciæ impenſo: deſinit utraque hiſtoria in anno 1181.

4. Pro-

LXV.] *Vet. Cat.* P. 9. *MSS. Angl.* 1505—238.

LXVI.] *Vet. Cat.* Sub. D. 12. *MSS. Angl.* 1635—368.

1.] *Vide* 12. 16. LIX. 1.

4. Prologus libelli Gillæ epiſcopi Limricenſis de uſu eccleſiaſtico, *p.* 98.
5. Theobaldus Stampenſis ad Robertum Lincoln. de confeſſione in ultimo, *p.* 99.
6. Deſcriptio magiſtri Clementis [Lanthonienſis] prioris canonicorum regularium ſanctæ Mariæ civitatis Claudioceſtriæ de ſex alis et xxx pennis Cherubim, *p.* 102.
7. Idem de tribus in penitentia conſiderandis, ſcilicet compunctione, confeſſione, ſatisfactione, *p.* 108.
8. De quatuor generibus confeſſionis, et vera penitentia et humili confeſſione, *p.* 112.

Poſterior hujus codicis pars, ſeculo xiv ſcripta, fuit olim monaſterii Burienſis, in ea autem continentur,

9. Hiſtoria Ieroſolimitana abbreviata, *fol.* 1.

Præter hiſtoriam bellorum Sarracenos inter et chriſtianos uſque ad treugas factas poſt captam civitatem Accon, hic libellus continet vitam Machometi, deſcriptionem terræ ſanctæ, et variarum gentium tam chriſtianarum quam aliarum, quæ inhabitant eam cæteraſque regiones orientales.

10. Itinerarium terræ Tartarorum per W. de Rubrue, *p.* 67.
11. Itinerarium uſque ad paradiſum terreſtrem, *fol.* 110.

Eſt relatio cujuſdam Theophili monachi in monaſterio quod eſt in Meſopotamia Sinæ, qui cum duobus commonachis ſuis iter aggreſſus eſt ad paradiſum, quibus apparuit beatus Macharius: — hiſtoria fabuloſa, prodigiis et miraculis fictis repleta.

12. Imago mundi, liber primus, *fol.* 116.
13. Epiſtola preſbiteri Ioannis de deſcriptione Indiæ, *fol.* 127.
14. Roberti [Groſteſle] Lincolnienſis tractatus de ſphera.
15. Liber geſtorum Barlaam et Joſaphat ſervorum Dei editus Græco ſermone a Ioanne Damaſceno viro ſancto et erudito, *fol.* 139.
16. Imago mundi, liber ſecundus, *fol.* 208.

17. De

10.] *Vide* CLXXXI. 9. CCCCVII. 2.
12.] *Vide* 1.
13.] *Vide* LIX. 2.
14.] *Vide* CCCCVI. 1.
16.] *Vide* 1.

17. De arbore vitæ in paradiſo, *hiſtoria fabuloſa.*
18. Verſus Gallici de eadem re.
19. Deſcriptio terræ ſanctæ, *fol.* 228.
20. De ſitu terræ Ieroſolimitanæ ſecundum Bedam, *fol.* 230.
21. De loco Dominicæ aſcenſionis, *ibid.*
22. De ortu Pilati et ejus vita, *fol.* 231.
23. De ortu Judæ et ejus vita, *fol.* 232.
24. Viſio revelata anno 1209 Rodulpho ſacriſtæ monaſterii Ceſarea ſive Keiſam nuncupati in territorio Auguſtenſis eccleſiæ, *fol.* 233.
25. De Stephano Ingnacho cartuſienſi, qualiter eum beata virgo primo eripuit de naufragio corporis, et poſtea de temptationibus cordis; qualiter eum formam orandi docuit, quia ei devotus in ſeculo extiterat, *fol.* 238.

24. Liber Methodii epiſcopi Paterenſis et martyris Chriſti quem ex Hebræo et Græco in Latinum transferre curavit, id eſt de principio ſeculi et inter regna gentium et fine ſeculorum, quem illuſtris vir beatus Jeronimus in ſuis opuſculis collaudavit.

LXVII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xi ſcriptus, in quo continetur, Remigius Antiſſiodorenſis in Pſalmos.

LXVIII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xv ſcriptus, in quo continentur,
1. Caſſiodorus Senator de inſtitutione divinarum literarum.
2. Sancti Iſidori liber de ſacramento baptiſmatis.
3. Iſidorus Hiſpalenſis de eccleſiaſticis officiis, lib. ii.
4. Iſidorus de eccleſiaſticis inſtitutionibus, lib. xiii.

5. Ab-

20.] *Vide* CCCXV. 20.
26.] *Vide* LIX. 12. CCLXXXVIII. 10. CCCCIV. 2.
LXVII.] *Vet. Cat.* N. 6. *MSS. Angl.* 1447—170.
LXVIII.] *Vet. Cat.* N. 3. *MSS. Angl.* 1444—167.

5. Abbreviatio Amalarii de divinis officiis per Wilelmum [Malmeſburienſem,] lib. iii.

6. Ivo Carnotenſis epiſcopus de eccleſiaſticis officiis.

Ad finem, " *Explicit lectura de eccleſiaſticis officiis incboata ac completa* " *per manum Tielmani filii Edwardi, clerici Trajectenſis dyoceſis, anno Do-* " *mini M.CCCC.XXXII° xiii die junii, bora ſexta de mane vel circiter,* " *orate pro eo.*

LXIX.

Codex membranaceus in folio, caractere Longobardico ſcriptus, in quo continentur,

Homeliæ in Evangelia, ad populum habitæ in diverſis baſilicis Romæ.

LXX.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv ſcriptus, in quo continetur,

Uberrima collectio legum Angliæ a rege Ina ad Henricum III, *ſequenti ordine diſpoſita:*

1. *Prefationis loco,* Expoſitiones quorundam Saxonicorum vocabulorum in legibus et cartis antiquis occurrentium.
2. Leges Inæ, *fol.* 2.
3. ——— Aluredi regis, *fol.* 5.
4. ——— Athelſtani regis, *fol.* 10.
5. Judicium ordalii, *fol.* 16.
6. Leges regis Cnutonis, *fol.* 19.
7. Leges ſancti Edwardi quas confirmavit Wilhelmus Baſtardus, *fol.* 27.
8. Leges [Henrici.]
9. Carta regis Stephani.
10. Leges Henrici II.
11. Carta Ioannis regis et carta de Ronnemede dicta aurea bulla.

12. Cartæ

5.] *Vide* CXCII. CCCXIX. 3. CCCCXVI.
LXIX.] *Vet. Cat.* L. 14. *MSS. Angl.* 1412—135.
LXX.] *Vet. Cat.* F. 6. *MSS. Angl.* 1440—63.

12. Cartæ et leges Henrici III.
13. Rubrica ſtatutorum Edwardi I.

Ad finem horum ſtatutorum, manu coæva inſcribuntur hæ notæ; "*Non* "*erit plus nunc, quia ſatis habes in* ii *libris ſubſequentibus videlicet libro* "*vocato Speculum juſticiare, et altero libro vocato Bretkun, et non ſunt libri* "*ſigillati per regem attamen taliter placitabantur temporibus regum Edwardi filii regis Henrici III, et Edwardi filii regis Edwardi.*"

"*Iſta ſtatuta quorum probemia ſuperius hic intitulantur in libro iſto non* "*ſcribentur nec regiſtrario quia alibi habentur, et quia intendo ex libro iſto* "*et aliis magnum codicem componere quia utile duxi poſteris preſentia tem*"*porum noſtrorum exprimere.*

14 Leges quas rex Ælfredus de veteri teſtamento ſcripſit et ſcribere fecit.

LXXI.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xii *exaratus, in quo continentur,*

1. Macrobius de Saturnalibus.
2. Ciceronis ſomnium Scipionis.
3. Commentarium Macrobii in ſomnium Scipionis.
4. Apuleius de dogmate Platonis.
5. Idem de philoſophia.
6. Idem de mundo.
7. Idem de deo Socratis.
8. Epiſtola de ratione cuborum ad Sylveſtrem papam.
9. - - - - erberti ad Adelbodum de menſuratione trigonorum.

LXXII.

Codex membranaceus in 4to, *caractere nitidiſſimo, ſeculo* xiii *ſcriptus, continens,*

Evangelia quatuor, Latine.

Ad initium codicis, Tabula lectionum quolibet die feſto per totum annum.

Literæ

LXXI.] *Vet. Cat.* V. 4. *MSS. Angl.* 1566—299.
LXXII.] *Vet. Cat.* V. 5. *MSS. Angl.* 1564—297.

Literæ initiales ad initium cujuſlibet evangelii ſumma venuſtate pinguntur.

LXXIII.

Codex membranaceus in folio major. ſeculo xv ſcriptus, in quo continentur,

Nicolai de Gorran poſtillæ in evangelia ſecundum Matthæum et Marcum, omnes epiſtolas generales et apocalypſin.

LXXIV.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xv ſcriptus, continens,

Berengarii epiſcopi Bitterrenſis inventarium juris canonici.

Claruit Berengarius anno 1300, *doctor fuit juris canonici, quod tam Pariſiis quam alibi multis annis legit, ut ipſe in prologo hujus libri teſtatur; poſtea fuit epiſcopus Tuſculanus et cardinalis, ita enim vocatur ad finem hujus libri.*

" *Liber eccleſiæ Norwycenſis per magiſtrum Adam de Eſton monachum dicti loci.*

LXXV.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv nitide ſcriptus, quo continetur,

Gloſſa ordinaria et interlinearis ſuper pſalmos.

LXXVI.

Codex membranaceus in folio, cujus prima pars ſeculo xiii ſcripta continet

1. Radulphi de Diceto annales de Dorobernenſibus archiepiſcopis ab Auguſtino ad Hubertum.

Nihil hic invenies quod non extat in abbreviationibus chronicorum ejuſdem autoris, ex quibus ipſe docet in prologo ad Hubertum ſe hoc opus compilaſſe: hi vero annales ubique diſcrepant ab Hiſtoria archiepiſcoporum Cantuar. quæ ſub nomine Radulphi prodiit in ſecundo tomo Angliæ ſacræ.

Poſ-

LXXIII.] *Vet. Cat.* M. 1. *MSS. Angl.* 1416--139.
LXXIV.] *Vet. Cat.* P. 13. *MSS. Augl.* 1513—246.
LXXV.] *Vet. Cat.* M. 2. *MSS. Angl.* 1417—140.
LXXVI.] *Vet. Cat.* C. 1. *MSS. Angl.* 1298—22.

LXXVI.

Poſterior hujus codicis pars, ſeculo xi exarata, characteris nitore et literarum initialium venuſtate ſingularis, continet

2. Regulam S. Ioannis Caſſiani, quam Caſtori papæ in Novello monaſterio ſcripſit, lib. xii.

Deſunt tria ultima capitula libri duodecimi.

LXXVII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xv ſcriptus, continens

Speculum judiciale magiſtri Gulielmi Duranti.

LXXVIII.

Codex chartaceus in folio, ſeculo xvi ſcriptus, cui titulus

De viris claris *ſeu* Dictionarium hiſtoricum.

Præmittitur deſcriptio partium corporis humani, *quam excipit* ſermo de ætatibus hominis et de ſeculis mundi; *Dictionarium deſinit in litera L.*

LXXIX.

Codex membranaceus in folio, picturis elegantiſſimis et omnibus literis initialibus deauratis ornatus, viz.

Pontificale Anglicanum, *in quo continentur,*

1. Ordo ad facienda ſponſalia.
2. Pſalmi plures et benedictiones.

   Præcedentes quaterniones poſt codicem exaratum additæ videntur, ut ex tabula contentorum proxime ſequenti colligi licet.
3. Oratio ſacerdotis.

4. Con-

LXXVII.] *Vet. Cat.* B. 9. *MSS. Angl.* 1297—21.

LXXVIII.] *Vet. Cat.* C. 2. *MSS. Angl.* 1300--24.

LXXIX.] *Vet Cat.* C. 3. *MSS. Angl.* 1299--23.

LXXIX.] *Vide* XLIV. CXLVI. CLXIII.

2.] In the initial of this page is emblazoned the following coat of arms, viz. quarterly, firſt and fourth ſable a chevron between 3 pheons heads, argent: ſecond and third, argent on a bend ſable cottiſee gules 3 fleurs de lis, or.

4. Conditiones ordinandorum ſecundum ſacros canones.
5. Admonitio informatoria ad primam tonſuram accipientes, et ad omnes alios ordines ſecundum Hugonem de ſancto Victore, libro de ſacramentis, *fol.* 2.
6. Quæ epiſcopus in ſua ordinatione profitetur ſe obſervaturum, *fol.* 6.
7. Edictum quod dat ſummus pontifex epiſcopo cui benedicit, *fol.* 7.
8. Ordo ad confirmandum pueros, *fol.* 9.
9. Modus faciendi tonſuras primas et ordinandi clericos, *fol.* 10.
10. Modus induendi pontificem ad ſolenniter celebrandum, *fol.* 11.
11. De colore veſtimentorum ſecundum Romanam eccleſiam quando et quoties per annum variis coloribus in eccleſia utendum eſt, *fol.* 12.
12. Quæ ſunt dicenda induendo et exuendo epiſcopum, *fol.* 13.
13. Qualiter ordines agantur, *fol.* 16.
14. Ordinatio oſtiariorum, *fol.* 17.
15. Ordinatio lectorum, *fol.* 18.
16. Ordinatio exorciſtarum, *fol.* 19.
17. Ordinatio accolitorum, *ibid.*
18. Ordinatio ſubdiaconorum, *fol.* 21.
19. Litania dicenda in ordinibus et dedicationibus eccleſiarum et aliis agendis, *fol.* 22.
20. Diaconorum ordinatio, *fol.* 23.
21. Preſbiterorum conſecratio, *ibid.*
22. De celebratione ordinum in quarta ſeptimana quadrageſimæ et in vigilia paſchæ, *fol.* 34.
23. Confirmatio et examinatio electorum in epiſcopos ſecundum Romanam eccleſiam, *fol.* 36.
24. Conſecratio pontificum ſecundum Romanam eccleſiam, *fol.* 37.

25. De-

4.] At the bottom of this page are the following arms,
viz. 1. Or, 3 eagles diſplayed gules, a fleur de lis azure for difference.
2. Quaterly France and England.
3. Within a border gules, chequie or, and azure, a feſs of the firſt charged with a mitre argent.

25. Decretum quod clerus et populus firmare debet de electo epiſcopo ſecundum modum Anglicanum, *fol.* 42.
26. Examinatio et confirmatio electorum in epiſcopos ſecundum modum Anglicanum, *fol.* 43.
27. Conſecratio pontificis ſecundum modum Anglicanum, *fol.* 45.
28. Miſſa epiſcopi pro ſeipſo in die conſecrationis, *fol.* 51.
29. Cathedratio epiſcopi conſecrati cum ad ſedem epiſcopii ſui venerit, *fol.* 52.
30. Abbatis benedictio, *ibid.*
31. Inſtallatio abbatis vel abbatiſſæ, *fol.* 56.
32. Abbatiſſæ benedictio, *fol.* 57.
33. Virginum ſanctimonialium conſecratio, *fol.* 60.
34. Profeſſio ſanctimonialium non virginum, *fol.* 68.
35. Viduarum benedictio, *fol.* 70.
36. Ordo ad recludendum recluſum, *fol.* 72
37. Ejectio penitentium feria quarta in capite jejunii, *fol.* 74.
38. Reconciliatio penitentium et totum poſt officium in cœna Domini, *fol.* 78.
39. Ordo ad reconciliandum apoſtatam a judaiſmo hereſi vel gentilitate reverſo vel diu in ſententia excommunicationis obſtinato, *fol.* 98.
40. Ordo qualiter ab epiſcopo ſynodus agatur, *fol.* 99.
41. Ordo ſecundum quem rex debet coronari pariter et inungi, *fol.* 102.
42. Coronatio reginæ, *fol.* 124.
43. Ordo Romanæ eccleſiæ ad benedicendam eccleſiam, *fol.* 127.
44. Conſecratio cimeterii quum eccleſia non dedicatur, *fol.* 155.
45. Dedicatio altaris ſolummodo, *fol.* 158.
46. Ordo de conſecratione tabulæ portabilis more Gallicano, *fol.* 168.
47. Benedictio ſalis et aquæ, cineris et vini, *fol.* 169.
48. Benedictio lapidis itinerarii ſecundum modum Romanæ eccleſiæ, *fol.* 173.
49. Reconciliatio eccleſiæ violatæ vel cimiterii, *fol.* 176.
50. Ordo ad benedicenda parimenta pontificalia ſive baculum ſive cirothecas aut quæcunque alia, *fol.* 182.

51. Bene-

51. Benedictio novi ſigilli epiſcopalis, *ibid.*
52. Benedictio lintheaminum altaris, *ibid.*
53. Benedictio ad quodcunque volueris, *fol.* 183.
54. Benedictio veſtimentorum ſacerdotalium ſeu levitarum vel ordinatorum, *ibid.*
55. Benedictio zonæ, *ibid.*
56. Benedictio ſtolæ, *ibid.*
57. Benedictio ſtolæ et manipuli, *ibid.*
58. Benedictio caſulæ, *fol.* 184.
59. Alia benedictio ad veſtimenta ſacerdotalia vel levitica, *ibid.*
60. Benedictio generalis ad cultum eccleſiæ, *ibid.*
61. Benedictio corporalium, *ibid.*
62. Benedictio patenæ conſecrandæ, *fol.* 185.
63. Benedictio calicis conſecrandi, *ibid.*
64. Benedictio thuribuli, *ibid.*
65. Benedictio campanæ, *ibid.*
66. Benedictio imaginis crucifixi, *fol.* 188.
67. Benedictio imaginis beatæ Mariæ virginis, *fol.* 192.
68. Benedictio imaginis beati Ioannis evangeliſtæ, *ibid.*
69. Benedictio pyxidis ſive vaſculi euchariſtiæ, *fol.* 193.
70. Benedictio lintheaminis offertorii, *ibid.*
71. Conſecratio baptiſterii cum miſſa pertinente.
72. Benedictio librorum eccleſiaſticorum, *fol.* 164.
73. Benedictio cujuſcunque muneris vel donati, *ibid.*
74. Benedictio vexillorum proceſſionalium vel militarium, *fol.* 195.
75. Benedictio capſæ reliquiarum vel corporum ſanctorum, *ibid.*
76. Benedictio feretri vel ſcrinii ſanctorum, *fol.* 197.
77. Receptio vel profeſſio canonicorum regularium, *fol.* 198.
78. Monachorum receptio et profeſſio, *fol.* 200.
79. Benedictio generalis olei pro quacunque infirmitate, *fol.* 202.
80. Benedictio putei novi, *fol.* 203.
81. Benedictio novorum fructuum, *ibid.*
82. Benedictio panis, *ibid.*
83. Benedictio novæ domus, *ibid.*
84. Excommunicatio ſacrilegorum, *fol.* 204.

85. Ab-

85. Abſolutio in foro conſcientiæ id eſt ſecretæ confeſſionis, *ibid.*
86. Benedictiones ſolemnes epiſcopi in miſſa ſuper populum per totum annum, *fol.* 205.
87. Officium baptiſmi. *fol.* 231.
88. Officium contrahendi ſponſalia, *fol.* 238.
89. Officium viſitandi infirmos et inungendi et mortuos ſepeliendi, *fol.* 242.
90. Inthronizatio archiepiſcopi, *fol.* 254.

LXXX.

A large paper book in folio, containing

The Romance of the St. Grayl.

It is with diffidence that I have ventured to affix to this volume a title ſo different to that which it has borne in former catalogues; eſpecially as I muſt acknowledge that the exceſſive length of this poem, which conſiſts of not leſs than forty thouſand lines, deterred me from attempting the peruſal of it. The book is imperfect both at the beginning and at the end, the title at the top of the firſt page, viz. "Acta quædam Arthuri regis, which has been tranſcribed by James and Stanley, appears to me to have been written by Joceline ſecretary to archbiſhop Parker. How little pains this learned man gave himſelf to diſcover the true title of this poem, and in what contempt he held theſe firſt efforts of the Britiſh muſe is evident from the following ſentence inſcribed by him on a blank leaf at the beginning of this volume,

" Oh quantos labores inſumpſerit hic autor in rebus non ita probabilibus."

As far as I can judge from a curſory reviſal, the whole is one continued narrative, divided into books or ſections of very different lengths; and I take it to be a tranſlation of the French legend mentioned by Biſhop Nicholſon in his hiſtorical library p. 91. The paſſages on which I have grounded my opinion are the following, which I have here inſerted to enable the reader to judge what foundation there is for it, and to give him a ſpecimen of the poet's verſification.

" Thanne paſſeth forth this ſtorye with al
" That is cleped of ſom men SEYNT GRAAL

" Alſo

LXXX.] *Vet. Cat.* Sub. B. 5. *MSS. Angl.* 1618—351.

" *Alſo the* SANK RYAL *iclepid it is*
" *Of mochel peple with owten mys*

* * * * * *

" *Now of al this ſtorie have I mad an ende*
" *That is ſchwede of Celidoygne and now forthere to wende*
" *And of anothir brawnche moſt we be gynne*
" *Of the ſtorye that we clepen prophet Merlynne*
" *Wiche that* MAISTER ROBERT OF BORROWN
" *Owt of* LATYN *it tranſletted hol and ſom*
" *Onlich into the* LANGAGE OF FRAWNCE
" *This ſtoric he drowgh be adventure and chaunce*
" *And doth Merllyne inſten with* SANK RYAL
" *For the ton ſtorie the tothir medlyth withal*
" *After the ſatting of the forſeid* ROBERT
" *That ſomtym it tranſletted in* MIDDILERD
" *And I as an unkonneng man trewcly*
" *Into* ENGLISCH *have drawen this ſtorye*
" *And thowgh that to zow not pleſyng it be*
" *Zit that ful excuſed ze wolde haven me*
" *Of my neclegence and unkonnenge*
" *On me to taken ſwich a thinge*
" *Into owre modris tonge for to endite*
" *The ſwettere to ſowne to more and lyte*
" *And more cler to zoure undirſtondyng*
" *Thanne owthir Frenſh other Latyn to my ſuppoſing*
" *And therfore atte the ende of this ſtorye*
" *A pater noſter ze wolden for me preye*
" *For me that* HERRY LONELICH *hyhte*
" *And greteth oure lady ful of myhte*
" *Hartelich with an ave that ze hir bede*
" *This proceſſe the bettere I myhte procede*
" *And bringen this book to a good ende*
" *Now thereto Jeſu Criſt grace me ſende*
" *And than an ende there offen myhte be*
" *Now goode Lord graunt me for charite*

* *

* * * * * *

" *Thanne Merlyn to Blaſye cam anon*
" *And there to hym he ſeide thus ſon*
" *Blaſye thou ſchalt ſuffren gret peyne*
" *This ſtorye to an ende to bringen certeyne*
" *And zit ſchall I ſuffren mochel more*
" *How ſo Merlyn quod Blaſye there*
" *I ſchall be ſowht quod Merlyne tho*
" *Owt from the weſt with meſſengeris mo*
" *And they that ſcholen comen to ſeken me*
" *They hav maad ſewrawnce I telle the*
" *Me forto ſlen for any thing*
" *This ſewrawnce hav they mad to her kyng*
" *But whanne they me ſen and with me ſpeke*
" *No power they ſchol hav on me to ben a wreke*
" *For with hem hens moſte I gon*
" *And thou into othir partyes ſchalt wel ſon*
" *To hem that hav the holy veſſel*
" *Which that is iclepd the* SEYNT GRAAL
" *And wete thow wel and ek forſothe*
" *That thow and ek this ſtorye bothe*
" *Ful wel beherd now ſchall it be*
1. Martini Buceri annotationes in librum precum communium, *p.* 1. *Exemplar autographum ſcriptum A. D.* 1551. *Inſcribitur ſed diverſa manu ad epiſcopum Elienſem.*
2. Prefationem cum poſitionibus Iohannis Skypp [poſtea epiſcopi Herefordenſis] in queſtiones diſputatas in comitiis A. D. 1533, *p.* 125.

CLXXIII.

Codex membranaceus et antiquus in fol. minor. partim Saxonice partim Latine ſcriptus, diverſis temporibus, diverſis manibus, in quo continentur,

1. Annales Saxonici (ſive chronicon Saxonicum) eccleſiæ Chriſti Cantuariæ circa annum Domini 891 exarati; *nam ad hunc annum omnia una eadem antiqua manu, Ælfredi regis temporibus ſatis convenienti ſcribuntur. Ab anno* 881 *uſque ad annum* 923 *res geſtæ aliis quibuſdam manibus æque antiquis exaratæ traduntur. Ab anno* 924 *uſque ad annum* 1075 *continuatur chronicon diverſis manibus ſcriptum. Quod oſtendit hunc codicem eſſe autographon, nequaquam ad aliorum codicum fidem deſcriptum.*
   p. 63. *Res geſtæ a Lanfranco archiepiſcopo ab adventu ejus in Angliam uſque ad mortem ejus Latine.*
2. Leges Ælfredi regis, in quibus recitantur leges Inæ regis Weſt-Saxonicum, *Saxonice manu æque antiqua ac annales Saxonici ſcriptæ.*
3. Nomina pontificum Romanorum, archiepiſcoporum Dorobern. &c.

Hæc

CLXXI.] *Vet. Cat.* F. 9. *MSS. Angl.* 1338--62.
CLXXII.] *Vet. Cat.* Miſc. 17.
CLXXIII.] *Vet. Cat.* S. 11. *MSS. Angl.* 1536—269.

Hæc excipit tractatus Latine, Saxonicis antiquioribus et (ut ita dicam) curſoriis et obſcurioribus litteris ſcriptus, viz.

4. Sedulii preſbiteri hymni de Chriſto cum vaticiniis ejuſdem.

CLXXIV.

A parchment book in 4to. written in the xv century, containing

A chronicle in old Engliſh from the firſt inhabiting of this iſland to the death of Edward III.

This chronicle appears to me from the beginning of it to be that which goes under the name of Caxton from its having been publiſhed by him.

CLXXV.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv exaratus, cui titulus manu neoterica inſcriptus Chronica Walteri Coventrenſis; *in ea autem continentur,*

1. Tituli cardinalium cum brevi deſcriptione eorum officii.
2. Hiſtoria Britonum per compendium, *fol.* 1.
   Huic hiſtoriæ prefixæ ſunt Angliæ emenſuratio et recenſio ſeptem regnorum Heptarchiæ, *illa Gallice, hæc Latine.*
   Ipſa hiſtoria incipit "*Britannia inſularum optima inter Galliam,*" *et ex Galfredo Monumetenſi ſatis inſcite et jejuniter compilata videtur: mores enim ſui ſeculi ad priſtinum hoc tempus tranſtulit autor imperitus, et loquitur de parliamento, baronibus, comitibus, et homagio feudali apud Britonas.*
3. Nomina regum Angliæ et chronica Saxonum.
   In hoc chronico deducitur hiſtoria Angliæ uſque ad Edwardum I. ſea ita raptim ut binis ſaltem conſtet foliis.
   Incipit, "*Adelſtanus fuit primus rex de Saxonibus in Anglia qui regnavit poſt Chadwalladum ultimum regem Britonum; ipſe vero Eymunderneſſe quam a paganis emerat in perpetuam elemoſinam eccleſiæ S. Petri Ebor. dedit.*"
4. Privilegium eccleſiæ S. Petri Ebor. ſive epiſtola Gregorii papæ ad Auguſtinum de ordinatione epiſcopi Ebor. qui habeat pallium et jus metropolit.

5. Chro-

CLXXIV.] *Vet. Cat.* F. 7. *MSS. Angl.* 1339--63.
CLXXV.] *Vet. Cat.* I. 11. *MSS. Angl.* 1378--101.

5. Chronica regum Northumbriæ et archiepiſcoporum Ebor. *fol.* 5.
Continet hiſtoriam eccleſiaſticam iſtius provinciæ a Paulino ad Thurſtanum compendioſe in uno folio ſcriptam.
6. Quædam de conqueſtu Hyberniæ et jure regis Angliæ in Scotos, *fol.* 6.
7. Prophetiæ Sybillæ et Merlini.
Precedentia hæc chronica non Gualtero Coventrenſi (ſi ipſe demum ſubſequentium autor ſit habendus) ſed potius anonymo cuidam monacho ſani S. Petri apud Eboracenſes adſcribenda videntur, uti ſatis liquet ex donatione cujus ſit mentio in initio chronici Anglo-Saxonum, chartaque et hiſtoriis quæ illud excipiunt. Nec vero abſimile videtur hoſce quaterniones codici fuiſſe poſtea inſertos, nam etſi caractere reliquis ſimili exarentur, magna tamen cernitur literarum initialium varietas, quæ in illis ſimplici forma ſine ornamento rubro atramento delineantur, in reliquo autem codice multo ſunt ornatiores et diverſis coloribus picta.
8. Annales Angliæ per Walterum Coventrenſem.
Titulus hic neotericus ex inſcriptione ad imum hujus paginæ deſumptus videtur, quæ ita ſe habet "Memoriale fratris Walteri de Coventr" et quæ "manu diverſa et recentiori ſcripta" ut placuit Cl. Tannero "innuit hoc potius donum fuiſſe Gualteri quam ſcriptum." De hac controverſia aliorum ſit judicium, inſcriptio ipſa reliquo codici haud multo recentior mihi videtur; et opus hoc Waltero olim fuiſſe adſcriptum probat titulus deformi manu (ſeculo xv, ſi conjecturis uti liceat) in folio rejectitio ad finem codicis exaratus.
In annalibus ad finem anni 1154 "*Explicit chronica Mariani,*" *et ſimiliter ad finem anni* 1201 "*Explicunt chronica Rogeri Hovedene.*" *Incipiunt* "*Romanorum nonageſimus tertius*" *et continent hiſtoriam Angliæ ab anno* $\frac{1025}{1003}$ *ad annum* 1225.

CLXXVI.

Codex typis impreſſus in folio, in quo continentur,
1. Ælfredi regis res geſtæ, autore Aſſerio Menevenſi; *typis Saxonicis.*
2. Hiſt-

8.] *Vide* CX. 7.
CLXXVI.] *Vet. Cat.* K. 7. *MSS. Angl.* 1389--112.

2. Hiſtoria brevis Thomæ Walſingham, Londini 1574.
3. Ejuſdem Ypodigma Neuſtriæ, Londini 1574.

CLXXVII.

Codex partim membranaceus partim chartaceus in folio, ſeculo xvi ſcriptus, in quo continentur,

1. Liber de moribus hominum et officiis virorum nobilium ſuper ludum ſchacorum quem compoſuit frater Iacobus de Ceſell [de Caſulis] de ordine predicatorum, *fol.* 1.
2. Tabula [ſive index] in tractatum precedentem, *fol.* 49.
3. Modus et ſcientia ludi ſcaccorum, *verſibus rithmicis*, *fol.* 50.
4. Quædam moralitas de ſcaccario per dominum Innocentium papam, *ibid.*
5. Epiſtola beati Bernardi ſuper re familiari gubernanda ad Raymundum gratioſum et felicem militem, *fol.* 51.
6. De diſpenſatione domus, *fol.* 52.
7. Quædam narrationes devotæ, *fol.* 53.
8. Martinus [Braccarenſis] de quatuor virtutibus, *fol.* 74.
9. Seneca de inſtitutione morum, *fol.* 75.
10. Hiſtoria ſive fabula de nobili marchione Walterio domino terræ Saluciarum, quomodo duxit in uxorem Griſildem pauperculam, et ejus conſtantiam et patientiam mirabiliter et acriter comprobavit; quam de vulgari ſermone Saluciarum in Latinum tranſtulit D. Franciſcus Petrarcha, *fol.* 76.
11. Tractatus B. Ambroſii archiepiſcopi de honeſtis et juſtis moribus, *fol.* 80.
12. Meditatio Anſelmi, unde vivat anima, et unde vivat caro, et de gloria bonæ animæ et de infelicitate malæ animæ quando exeunt a corpore, *fol.* 81.
13. Meditationes B. Anſelmi, *ibid.*

14. Ex-

CLXXVII.] *Vet. Cat.* H. 4. *MSS. Angl.* 1362—85.
8.] *Vide* CCCCXLI. 15. CCCCXXX. 1.
9.] *Vide* CCCXVI. 17. CCCCXLI. 13.
10.] *Vide* CCLXXV. 14. CCCCLVIII. 3.
13.] *Vide* CLIV. 23. CLV. 15. CCLXXXIV. 1. LXIII. 1.

14. Excerptum B. Hieronimi de libro Aurelii Theophraſti, *fol.* 83.
15. Auguſtinus de ebrietate, *fol.* 84.
16. Seneca de ebrietate, *fol.* 85.
17. Auguſtinus de honeſtate mulierum, *ibid.*
18. ———— de XII abuſionibus, *fol.* 86.
19. Hugo de Filiotto prior. canonicorum S. Laurentii in pago Ambianenſi de XII abuſionibus clauſtri, *fol.* 90.
20. Vita B. Thomæ archiepiſcopi et martiris a Iohanne Grandeſono epiſcopo Exon. *penitus exciſa prima et ultima pagina exceptis*, *fol.* 103.
21. Quoddam miraculum S. Auguſtini Anglorum apoſtoli, *fol.* 121.

* * *hic deſunt folia xxv* * *

22. Iohannes Gallenſis de ordine fratrum minorum, de virtutibus antiquorum *(fragmentum,) fol.* 146.
23. Epiſtola B. Auguſtini ad Cirillum de apparitione B. Ieronimi, *fol.* 158.
24. Epiſtola Cirilli Ieroſolomitani epiſcopi ad Auguſtinum Hipponenſem epiſcopum de miraculis B. Ieronimi, *fol.* 161.
25. Compendium Mag. Petri Bleſſenſis ſuper librum Job, *fol.* 170.
26. Ricardus Ullerſton, ſacræ paginæ profeſſor de officio militari ad regem Henricum V. tunc principem Walliæ, *fol.* 179.
27. Petrus Bleſſenſis de transfiguratione Domini, *fol.* 184.
28. ———— de converſione S. Pauli, *fol.* 186.
29. Expoſitio epiſtolæ Valerii ad Ruffinum de uxore non ducenda, *fol.* 188.
30. Andreas epiſcopus de ſchiſmatibus quæ fuerunt a fundatione eccleſiæ ad annum Domini 1415, *fol.* 194.

* * * *verſibus rithmicis* * * *

31. Diſ-

15.] *Vide* CCCXLIV. 17.
18.] *Vide* CVII. 12. CLIV. 33. CCCXLIV. 5.
20.] *Vide* CCLXXV. 17. CCCCLXIV. 1. CCCLXVII.
25.] *Vide* CLXXIX. 1. CCCCLI. 7.
28.] *Vide* CXCIV. 1.
29.] *Vide* CVII. 1. CCCCXIV. 5.

31. Diſputatio inter vinum et aquam, *fol.* 196.
32. Ludus fortuitorum ſive fatorum, *fol.* 197.
33. Diſputatio inter mundum et religionem, *fol.* 198.
34. Virtutes et effectus crucis denarii, *fol.* 201.
35. Diſputatio inter corpus et animam, *fol.* 202.
36. Fabulæ Æſopi, *fol.* 204.

* * * * * *

37. Quomodo Anglia fuit primo inhabitata, *fol.* 206.
38. Chronica bona et compendioſa de regibus Angliæ a Noe uſque ad hunc diem, [1367,] *fol.* 207.
39. Catalogus pontificum Romanorum, *fol.* 213.
40. ———— ſanctorum regum in Anglia, *fol.* 214.
41. Nomina [eorum] quorum ope et auxilio dux Willelmus conqueſtor terram Angliæ conquiſivit A. D. 1066, *fol.* 214
42. Cauſa exilii et martirii B. Thomæ martiris et pontificis Cantuar. *ibid.*
43. Dialogus Mag. Hugonis Pariſienſis, *fol.* 215.
44. Compendium Gaufridii [monachi] de ſacra euchariſtia, *fol.* 224. "*Hic Gaufridius ut apparet ex chronicis D. Antonini fuit primo*
"*diſcipulus cujuſdam Petri Abelardi, quo cum D. Bernardus con-*
"*flictabat, et idem poſtea relicto heretico ad Bernardum perfugit,*
"*cujus erat diu notarius, qui poſtea ſcriptis redarguebat preceptorem*
"*hereticum: vixit A. D.* 1144."
45. Elucidarium, *opus Anſelmo vulgo attributum.*
46. De interpretatione nominum apoſtolorum, *fol.* 245.

* * * *verſibus rithmicis* * * *

47. De vanitate et brevitate mundanæ gloriæ, *fol.* 245.
48. Diſputatio inter cor et oculum.
49. Lamentatio et deploratio pro morte, et concilium de vivere Deo, *fol.* 246.
50. De miſeria et defectibus ſenectutis.

51. De

38.] *Vide* XXI. 2.
44.] *Vide* CCCXXXI. 2.
45.] *Vide* CCCCXXXIX. 4. CCCVIII. 2.

51. De etatibus hominis per M. Ph. Eton.

* * * * * * *

52. Speculum peccatoris ſancti Auguſtini, *fol.* 247.
53. Tractatus de regimine ſanitatis, *fol.* 254.
54. Quomodo gradus ſunt diſtinguendi, *fol.* 259.
55. Liber de conſervatione corporis humani et regimine ſanitatis ſapientiſſimi ſenis Arabici Albenzohar tranſlatus ab Arnaldo de Villa Nova A. D. 1368. *fol.* 261.
56. Flos medicinæ, *verſibus rithmicis, fol.* 265.

CLXXVIII.

Codex membranaceus in folio minor. duabus conſtans partibus, in quarum priore continetur,

1. Homeliarum Saxonicarum tomus ſecundus.

   Pars poſterior vetuſtiore manu ſcripta continet,
2. Regulam S. Benedicti, *Latine et Saxonice.*

CLXXIX.

Codex chartaceus in 4to, *ſeculo xv ſcriptus, in quo continentur,*

1. Tractatus ſuper Job directus regi Angliæ per Petrum Bleſſenſem.
2. De omnibus Sibillis et nominibus earum, et de origine et de patria et de actibus earum a diebus Alexandri Magni.
3. Narratio ex libro qui Græce vocatur Iuda, &c. de Theodoſio quodam Iudeorum principe.
4. Collectanea ex diverſis autoribus de virgine Maria, &c.
5. De geſtis et tranſlationibus trium regum Magorum.

CLXXX.

Codex membranaceus in folio minor. ſeculo xv ſcriptus, in quo continentur,

1. Ri-

52.] *Vide* CXXXVII. 9.
56.] *Vide* CCCXXIV. 10.
CLXXVIII.] *Vet. Cat.* S. 6. *MSS. Angl.* 1543--276.
2.] *Vide* LVII. CCCLXVIII.
CLXXIX.] *Vet. Cat.* K. 1. *MSS. Angl.* 1383—106.
1.] *Vide* CLXXVII. 25. CCCCLI. 7.
CLXXX.] *Vet. Cat.* L. 16. *MSS. Angl.* 1415--138.

1. Richardi Fitz-rauf archiepiſcopi Armachani de pauperie ſervatoris, lib. vii.
Ad initium depingitur effigies autoris, et in margine quatuor fratres quorum humeris aſſident demones illos amplectentes et imo mento percutientes.
Ad finem hujus tractatus, "Liber domini Adæ Eſtone monachi Norwicenſis."
2. Idem de mendicitate fratrum et eorum privilegiis.
Hic tractatus ubique inſcribitur liber nonus.

CLXXXI.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xv ſcriptus, in quo continentur,

1. Gulielmi Gemiticenſis de ducibus Normannorum cum continuatione incerti autoris ad annum 1271, lib. ix, *p.* 1.
2. Hiſtoria brevis Angliæ a morte Gulielmi I. ad annum 1239, *p.* 207.
3. Vita et converſatio excellentiſſimi principis D. Karoli magni quondam imperatoris et regis Franciæ, *p.* 217.
4. Hiſtoria Franciæ ab Antenore ad annum 1137, *p.* 236.
5. La pes et lordenance fete entre excellenz princes Loys roi de France et Henri roi d'Engleterre, *p.* 262.
6. Bulla Gregorii papæ de morte Henrici de Alemannia filii Ricardi imperatoris electi contra Simonem et Guidonem de Monteforti occiſores cum eorum excuſationibus et condemnatione, *p.* 265.
7. Bulla Ioannis papæ data A. D. 1326, pro pace concilianda inter reges Franciæ et Angliæ, *p.* 274.
8. Iohannis de Plano-carpini ordinis fratrum minorum A. S. in partibus orient. nuncii hiſtoria Mongalorum quos nos Tartaros appellamus, *p.* 279.
9. Itinerarium Willelmi de Rubruc ad partes orientales.

CLXXXII. *Codex*

1.] *Vide* CIII. 15. CCCLXXXII.
CLXXXI.] *Vet. Cat.* F. 8. *MSS. Angl.* 1337—61.
9.] *Vide* LXVI. 10. CCCCVII. 2.

CLXXXII.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xv ſcriptus, continens,
Brute of Englonde or the cronicles of Englonde.
Continet hiſtoriam Angliæ a Bruto ad annum 7 Hen. V.

CLXXXIII.

Codex membranaceus in 4to, vetuſtioribus literis Saxonicis Latine ſcriptus, in quo continentur,

1. Liber Bedæ preſbiteri de vita et miraculis S. Cuthberti.
Hunc tractatum excipiunt plurimi catalogi regum et pontificum, *viz.*
(1) Pontificum ſedis apoſtolicæ.
(2) Septuaginta duorum diſcipulorum Chriſti.
(3) Archiepiſcoporum Dorobernenſis eccleſiæ.
(4) Epiſcoporum Hrofenſis eccleſiæ.
(5) ———————— Horientalium Saxonum.
(6) ———————— Auſtralium Saxonum.
(7) ———————— Occidentalium Saxonum et Wentanæ civitatis.
(8) ———————— Sciréburnenſis eccleſiæ.
(9) ———————— Wellenſis eccleſiæ.
(10) ———————— Cridienſis eccleſiæ.
(11) ———————— Hwicciorum poſt Seaxwulfum.
(12) ———————— provinciæ Merciorum.
(13) Archiepiſcoporum Eboracenſium.
(14) Genealogiæ regum Brittanniæ regnantium in diverſis locis.
Poſt hæc ſequitur expoſitio vocum minus uſitatarum quæ in ſequenti libello occurrunt; *cujus titulus.*
2. Liber de miraculis ſancti Cuthberti epiſcopi, *verſu.*
Ad finem codicis,
3. Miſſa et officium S. Cuthberti.

CLXXXIV. *Codex*

CLXXXII.] *Vet. Cat.* D. 6. *MSS. Angl.* 1313—37.
CLXXXIII.] *Vet Cat.* D. 5. *MSS. Angl.* 1633—370.

CLXXXIV.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xii ſcriptus, in quo continetur,

Euſebii Cæſarienſis hiſtoria eccleſiaſtica, lib. ix. cum continuatione Ruffini, lib. ii.

Imo primi folii inſcribitur " Hiſtoria eccleſiaſtica per Ricardum monachum.

CLXXXV.

Codex chartaceus in folio, ſeculo xvi ſcriptus, continens,

Martini Buceri conſilium theologicum, in cujuſdam viri gratiam privatim conſcriptum anno 1541, quo autoritate ſacrarum literarum oſtenderet an et quatenus chriſtiani in eccleſiis pontificia tyrannide adhuc preſſis degentes, illarum ritibus et peractionibus communicare poſſint, quis quoque uniuſcujuſque ritus ſit fons verus uſus et abuſus.

CLXXXVI.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv ſcriptus, in quo continentur,

1. Diſtinctiones verſificatæ, lib. x.
2. Numerale Gulielmi de Montibus.

CLXXXVII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xii ſcriptus, in quo continetur,

Euſebii Cæſarienſis hiſtoria eccleſiaſtica, lib. ix. ex verſione Ruffini cum continuatione ejuſdem, lib. ii.

CLXXXVIII.

Codex membranaceus in folio minor. longe ante conquiſitionem Angliæ exaratus, in quo continetur,

Homeliarum Saxonicarum tomus tertius.

CLXXXIX. *Codex*

CLXXXIV.] *Vet. Cat.* Sub. D. 3. *MSS. Angl.* 1628—361.
CLXXXIV.] *Vide* CLXXXVII.
CLXXXV.] *Vet. Cat.* Miſc. 16.
CLXXXVI.] *Vet. Cat.* P. 22. *MSS. Angl.* 1516--249.
CLXXXVII.] *Vet. Cat.* A. 3. *MSS. Angl.* 1279--3.
CLXXXVII.] *Vide* CLXXXIV.
CLXXXVIII.] *Vet Cat.* S. 7. *MSS. Angl.* 1533—266.

CLXXXIX.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv ſcriptus, in quo continentur,

1. Cuſtodes prolorum ſuper coſter. maris in com. Kant. XIII die Auguſti anno regis Edwardi tertii XLIIII^{to}.
2. Expoſitio cujuſdam uſagii in com. Kant. quod dicitur Gavelate.
3. Penſio eccleſiæ de Siberteſwalde ſolv. per abbatiam ſanctæ Radegundis.
4. Dimiſſio omnium eccleſiarum monaſterii ſanctæ Auguſtini facta per dom. Simonem Langhamne archiepiſcopum Cantuar. 18 Apr. 1368.
5. Proteſtatio Wilhelmi Courtenay archiepiſcopi Cantuar. ne ingreſſus ſuus monaſterii privilegiis deroget vel præjudicet in futurum.
6. Chronologia quædam ab orbe condito ad annum 1378.
7. Hiſtoria Britanniæ a prima antiquitate ad mortem Edwardi III.
8. Conſtitutio Innocentii papæ de capitulis ordinis S. Benedicti celebrandis.
9. Fragmentum cujuſdam hiſtoriæ Angliæ et Scotiæ.
10. Conſtitutiones archiepiſcopales de eis quæ parochiani tenentur invenire in eccleſiis; et de decimis per eccleſiarum rectores a ſuis parochianis petendis.
11. De venditione et decimis lanæ.
12. Terra monaſterii S. Auguſtini menſurata.
13. Comitatus Angliæ, et caſtella abbatiæ et prioratus in quolibet comitatu.
14. Litera Bonifacii papæ miſſa Ethelberto de prima fundatione eccleſiæ Chriſti.
15. Chronica fratris Wilhelmi Thorne, cui ſubnectuntur evidentiæ donationum eccleſiæ Chriſti Cantuar.

" *Hic liber primo mutuatus a Mag. Thoma Twyne, ſed poſtea datus*
" *fuit Mattheo Cantuar. per Mag. — Bracher (cum aliis quibuſ-*
" *dam*

CLXXXIX.] *Vet. Cat.* G. 7. *MSS. Angl.* 1344—67.

"*dam libris) quondam monachum S. Aug. qui fuit confeſſor in aula*
"*regia et verus poſſeſſor hujus libri.*"

CXC.

Codex membranaceus in folio, minor. quondam Exonienſis eccleſiæ cui ut videtur a Leofrico epiſcopo donatus fuit, qui illum ſic inſcripſit Scriſt boc on Englisc, *in quo plurima continentur opuſcula tam Latine quam Saxonice ſcripta ſequenti ordine,*

1. *In folio rejectitio,* Hymnus cum notis muſicis, *et ad imum bujus folii manu neoterica hæc inſcriptio,*
2. " Penitentiale Theodori archiepiſcopi,"
Hoc folium excipit index eadem antiqua manu exaratus ac codex, quem lectoris in gratiam exſcribere non ſum gravatus, quo facilior ſiat comparatio hujus codicis cum aliis ejuſdem generis.
" INCIPIUNT CAPITULA DE INITIIS CREATURÆ."
In codice ſub hoc titulo continentur, " I. De initio creaturæ, id eſt
" hiſtoria creationis ex libro Geneſeos et decem precepta. II.
" Precepta legalia ex libro Levitici. III. Dogmata evangelica
" ſecundum Mattheum. IV. ſecundum Marcum. V. ſecun-
" dum Lucam. VI. ſecundum Ioannem."
" I. Qualiter apud orientales provincias Germaniæ atque Saxo-
" niæ pro diverſis criminibus penitentiæ obſervatur modus.
" II. De temperantia penitentium.
" III. De diverſis homicidis.
" IV. Item de penitentia.
" V. De penitentibus ut a preſbiteris non reconcilientur, niſi
" precipiente epiſcopo, ex concilio Affricano.
" VI. Item ex concilio Cartaginenſi de eadem re.
" VII. Item de capitalibus criminibus.
" INCIPIUNT CAPITULA DE PENITENTIUM [judiciis.]
" I. De inani gloria.
" II. De invidia.
" III. De ira.

" IV. De

CXC.] *Vet. Cat.* I. 4. *MSS. Angl.* 1410--133.

" IV. De triſtitia ſeculi.
" V. De avaritia.
" VI. De ventris ingluvie.
" VII. De luxuria.
" VIII. De fornicatione laicorum.
" IX. De obſervatione conjugatorum.
" X. De fornicatione clericorum ſive ſanctimonialium.
" XI. De adulterio.
" XII. De inceſtuoſis.
" XIII. De homicidis.
" XIV. De falſo teſtimonio et mendacio.
" XV. De furto et incendio et ſepulchorum violatoribus.
" XVI. De perjurio.
" XVII. De rapina et uſura et qui hoſpites non recipit et man-
" data evangelica non implet.
" XVIII. De ebrietate et vomitu.
" XIX. De idolatria et ſacrilegio et qui Angelos colunt et male-
" ficos ariolos veneficos ſortilegos divinos et vota red-
" dentes niſi ad eccleſiam Dei et in kalendas Jan. in cer-
" vulo et in vetula vadit, et mathematicos et emiſſores
" tempeſtatum.
" XX. De ſodomitis et mollibus et immundis pollutionibus.
" XXI. De maledictione et detractione.
" XXII. De communione hereticorum.
" XXIII. De diſcretione ciborum mundis et immundis.
" XXIV. De his qui eccleſiaſtica jejunia abſque neceſſitate diſſol-
" vunt et de his qui venationes exercent.
" XXV. De otioſitate et verboſitate et ſompnolentia.
" XXVI. De inobedientia et blaſphemia.
" XXVII. De cogitationibus malis.
" XXVIII. De verbo otioſo.
" XXIX. De curioſitate.
" XXX. De baptiſmo reiterato et de opere die dominico et qui
" die dominico jejunant.
" XXXI. De negligentia euchariſtiæ.

" XXXII. De negligentia novi ac ſanctificati panis, ſive de aliis " creaturis.
" XXXIII. De reconciliatione penitentium.
" XXXIV. De communione judeorum vel gentilium.
" XXXV. De preſbiteris qui morientibus penitentiam denegant " et qui infirmos non baptizant.
" XXXVI. Quod Græci ſingulis dominicis communicent.
" XXXVII. De commemoratione defunctorum vel de miſſa pro " eis, et cur III. VII vel XXX anniverſarius dies " celebretur.
" XXXVIII. De ritu mulierum in eccleſia.
" XXXIX. De eccleſia in qua mortuorum cadavera fidelium ſive " infidelium ſepeliuntur.
" XL. De reliquiis ſanctorum vel ritu ſacerdotum et diacono-" rum laicorumque in eccleſia.
" XLI. Quod nulli ſit ultima penitentia deneganda.
" XLII. De his qui morientibus penitentiam denegant.
" XLIII. De penitentiarum diverſitate.
" XLIV. De reconciliatione.
" XLV. De clericis ſive de eccleſiaſticis ordinibus.
" XLVI. De diverſitate ordinum.
" XLVII. De electione ſacerdotalium ordinum.
" XLVIII. Item de electione.
" XLIX. Item canon ſanctorum de electione epiſcoporum.
" L. Si epiſcopus a metropolitano admonitus pro ſinodo vel " ordinatione epiſcopali venire diſtulerit, ex concilio Aga-" tenſi.
" LI. De ordinatione archiepiſcopi.
" LII. De electione indignorum, canon ſanctorum.
" LIII. Ex concilio Calcidonenſi titulo ſecundo quod non de-" beant officia eccleſiaſtica per pecunias ordinari.
" LIV. De lapſis graduum.
" LV. De accuſationibus et excuſationibus.
" LVI. Gregorius Iohanni defenſori, qualiter de epiſcopo Ja-" nuario obſervandum ſit, ſive de aliis epiſcopis injuſte " condempnatis.

" LVII. De

" LVII. De juramentis epiſcoporum.
" LVIII. De vexatione epiſcoporum.
Maxima pars hujus capituli et ſex reliqua deſiderantur, *viz.*
" LIX. *De paſtore et predicatore.* LX. *Verba Ezechielis prophetæ.* " LXI. *Item de paſtore.* LXII. *De epiſcopis et preſbiteris.* LXIII. " *De cotidianis operibus epiſcoporum.* LXIV. *Auguſtinus Aureli-* " *enſis epiſcopus dicit.*"

3\. "INCIPIUNT CAPITULA DE CANONIBUS." *Rubricæ horum canonum omittuntur*; *in codice vero penitentiale Theodori excipit collectio canonum*, *quæ tamen mihi videtur pars ſubſequentis operis*, *concordat enim cum illa collectione quam edidit Wilkins ſub titulo excerptionum ex canonibus.*

4\. INCIPIUNT [CAPITULA DE SACE]RDOTALI JURE EGCBERTI ARCHIEPISCOPI.
Deſunt XXV priora capitula, *quorum rubricæ ſubſequuntur*,
" I. *Item canon ſanctorum.* II. *De regula canonicorum.* III. *De* " *regula omnium chriſtianorum.* IV. *Item.* V. *De quatuor prin-* " *cipalibus ſynodis.* VI. *De ſynodali conventu.* VII. *De penitentibus.* " VIII. *De epiſcoporum miniſtris.* IX. *De excommunicatis.* X. " *Item de ſynodis epiſcoporum.* XI. *De excommunicatis ex concilio* " *Antioceno.* XII. *Item contra ſanctæ Dei eccleſiæ inimicos.* XIII. " *De excommunicatione contra contemptores legis Dei et inimicos* " *ſanctæ Dei eccleſiæ.* XIV. *De his qui poſt excommunicationem* " *cum luctu penitentiæ ad reconciliationem veniunt.* XV. *de ſcele-* " *ratis et publice contaminatis.* XVI. *Item exemplum levioris peni-* " *tentiæ.* XVII. *Excerptiones de libris canonicis.* XVIII. *De* " *humilitate et dignitate paſtorum.* XIX. *De timore humano.* XX. " *De inſtitutione patrum. Karolus de reſtauratione eccleſiarum.* XXI. " *De ſabbato.* XXII. *De his qui morientibus penitentiam denegant.* " XXIII. *De cena Domini.* XXIV. *De conſecratione criſmatis.* " XXV. *Ut ab alterius epiſcopo nullus criſma accipiat.*
" XXVI. De conjugio.
" XXVII. De legitimo conjugio.
" XXVIII. De matrimonio ſervulorum.
" XXIX. De concubinis.

" XXX. Leonis papæ ad Ruſticum Narbonenſem epiſcopum " quod aliud ſit uxor, aliud concubina; nec erret " quiſque ſi filiam ſuam in matrimonium concubinam " habenti tradiderit.
" XXXI. De inceſtis conjunctionis.
" XXXII. De thoro fratris defuncti.
" XXXIII. De conjugio antiquo.
" XXXIV. De ſchematibus.

Hic interſeruntur in codice manu paulo neoterica,

5. Ex decretis ſancti Gelaſii papæ.
6. Carmina quædam ſive exorciſmi contra pecudes faſcinatas, Saxonice.
7. Quædam ex decretis S. Leonis papæ et Theodori archiepiſcopi.
8. De eo quod non judicandi ſunt clerici a laicis, ſed laici a clericis judicandi ſunt in hiſtoria eccleſiaſtica.
9. Ut nullus accuſati ſedem uſurpet epiſcopi.

" XXXV. De conſanguineis.
" XXXVI. De tonſura.
" XXXVII. De militia et victoria chriſtianorum.
" XXXVIII. De exhortatione.
" XXXIX. De captivitate Judeorum.
" XL. De interitu Britonum.
" XLI. De Anglis.
" XLII. De predatione Nordanimbrorum.
" XLIII. De tribulationibus.
" XLIV. De officio miſſæ.
" XLV. De collecta.
" XLVI. De lectione.
" XLVII. De Gradale.
" XLVIII. De Alleluia.
" XLIX. De offertorio.
" L. De hymno quod eſt ſanctus.
" LI. De Agnus Dei.
" LII. De matutino officio.
" LIII. De tertia hora.

" LIV. De VI hora.
" LV. De nativitate Domini.
" LVI. De nona hora.
" LVII. De veſpertino officio.
" LVIII. De epyphania.
" LIX. De ſeptuageſima.
" LX. De ſexageſima.
" LXI. De quinquageſima.

Hic interſeritur,

10. Sermo [Ælfrici] ad ſacerdotes.
" LXII. De baptiſmum.
" LXIII. De catecuminum.
" LXIV. De officio et miniſterio miſſæ.
" LXV. De Eadmonitione.

In codice habet rubrica, " admonitio ſpiritualis doctrinæ ; admonitio " epiſcoporum utilis."

Hoſce tractatus ſive canones excipiunt,

11. Epiſtola Albini levitæ ad Æthelhardum archiepiſcopum.
12. Epiſtola Albini ad Eanbaldum archiepiſcopum.
" LXVI. De doctrina et exemplis prepoſitorum.
" LXVII. De his qui bene docent et male vivunt.
" LXVIII. De exemplis pravorum ſacerdotum.
" LXIX. de paſtoribus ſacerdotum.

Hic interſeritur,

13. Sermo [Æfrici] epiſcopi ad clericos.
" LXX. De VII eccleſiaſticis gradibus.
" LXXI. De officiis diurnalium ſive nocturnalium.
" LXXII. De nocturnali celebritate.
" LXXIII. De ceteris legitimis orationibus.
" LXXIV. De ordine librorum.
" LXXV. De eccleſiaſtica conſuetudine.

" LXXVI. De

10.] *Vide* infra 19. et CCLXV. 11.
11.] *Vide* CCLXV. 3.
12.] *ibid* 4.
13.] *Vide* CCLXV. 10.

"LXXVI. De natale Domini.
"LXXVII. De purificatione.
"LXXVIII. De ſeptuageſima.
"LXXIX. De capite jejunii.
"LXXX. De die palmarum.
"LXXXI. De cena Domini.
"LXXXII. De paraſceve.
"LXXXIII. De ſabbato ſancto.
"LXXXIV. De die ſancto paſchæ.
"LXXXV. De pentecoſte.
"LXXXVI. De jejunio quatuor tempora.
"LXXXVII. De penitentia communi.
"LXXXVIII. De excommunicatione.
"LXXXIX. De eccleſiaſticis officiis.
"XC. De extinctione luminum.
"XCI. De quatuor tempora qualiter agantur.
"XCII. De inceſtuoſis et homicidis.
"XCIII. De excommunicatis qui inviti ad penitentiam agantur.
"XCIV.
"XCV. De improviſo judicio ſeculari.
"XCVI. De excommunicato pro capitali crimine.
"XCVII. De confeſſione et penitentiarum actione.
"XCVIII. De quarta feria qualiter in capite jejunii circa peni-
"tentes agatur.
"XCIX. De penitentibus qualiter in cena Domini in eccleſiam
"introducuntur."

14. "INCIPIUNT CAP. DE LIBRO SCINTILLARUM."
Omiſſis rubricis horum capitulorum numero LXXII, *veniamus ad cætera hujus codicis contenta, quorum nulla ſit mentio in indice.*

15. Epiſtola Adſonis monachi ad Gerbergam reginam de antichriſto.

* * *manu recentiori* * *

16. Capitula concilii celebrati apud Wintoniam.

17. Ca-

14.] *Vide* CCCXXXVII. 4.

17. Capitula concilii celebrati apud Windleſoram in Pentecoſten.
18. De penitentia in bello homines occidentium.

* * * * * *

19. Epiſtola de canonibus *Saxonice* [ſcilicet Ælfrici ad ſacerdotes] cui premiſſa eſt epiſtola nuncupatoria ad Wulfinum epiſcopum, *Latine et manu recenti.*
20. Homelia Saxonica.
21. De eccleſiaſticis gradibus, *Saxonice.*
22. Prologus venerabilis Ælfrici abbatis ad Wulſtanum archiepiſcopum, *Latine.*
23. Prima epiſtola Anglice expoſita.
24. Secunda epiſtola quando dividis criſmam.
25. Sermo in cena Domini, et VI feria et ſabbato ſancto, *Saxonice.*
26. De officio miſſæ in vigilia paſcæ, *Saxonice.*
27. Sermo in capite jejunii, *Saxonice.*
28. Sermo in cena Domini ad penitentes, *Saxonice.*
29. Invectivum in damnantes conjugia ſacerdotum.

Hæc opuſcula excipit

30. Liber confeſſionalis Ecgberti Eboracenſis archiepiſcopi, *Saxonice, qui olim ex ſe conficiebat unum volumen; quod tandem vero una cum aliis diverſis tractatibus in hunc librum compingebatur.*

CXCI.

Codex membranaceus in fol. minor. circiter tempus conquiſitionis Angliæ ſcriptus, ac olim Exonienſis eccleſiæ peculium, in quo habetur,

Collectio canonum eccleſiaſticorum, *Latine et Saxonice.*

Ex rubricis horum canonum conſtat, hunc codicem haud continere canones Nicæni concilii, ut docti nonnulli tradunt, a Theodoro archiepiſcopo Latine et deinde ab Ælfrico Saxonice verſos; ſed regulam quandam in uſum preſbyterorum et ſacerdotum ex regula Benedicti, &c. conſarcinatam.

CXCII. *Codex*

19.] *Vide* ſupra 10 et CCLXV. 11.

CXCI.] *Vet. Cat.* S. 12. *MSS. Angl.* 1535—268.

CXCII.

Codex membranaceus in ſolio minor. in quo continetur,

Collectio Amalarii viri doctiſſimi de ordine Romanæ eccleſiæ qui vocatur liber officialis.

Ad calcem codicis habetur hæc inſcriptio,

" *Anno a nativitate dni nri ihu xſti* DCCCC. *II. decima indictione*
" *epactis* X - - - I. *concur* IIII[tus] *cum biſexto; ciclo lunari* XIX *lu* XIIII[a] *pas*
" ID *ap[r]l. dies pas* XIIII *kl. MAI: luna ipſius diei* XVIIII[a]*: juſſit Ama-*
" *deus diaconus atque habitu monachus hunc libellum ſcribere pro ſua anima*
" *ad utilitatem fratrum: et quicunque legerit vel ſcrutatus fuerit aut*
" *ſcripſerit eum precor ut dicat, anima ejus requieſcat in pace: ſed et qui-*
" *cunque eum rapuerit vel per vim ſive per latrocinium abſtulerit a fratri-*
" *bus ſancti Wingualoci in cujus honore eſt ſcriptus anathema ſit maranatha*
" *in adventu dni, omnibus fratribus hæc ateſtantibus.*

CXCIII.

Codex membranaceus in fol. minor. venerandæ antiquitatis, continens
Hexameron ſancti Ambroſii epiſcopi.

CXCIV.

Codex membranaceus in 4[to], *ſeu folio minor. diverſis temporibus et a diverſis ſcriptoribus exaratus, in quo continentur,*

1. Tractatus Petri Bleſſenſis de converſione ſancti Pauli.
2. Auguſtinus de creatione primi hominis.
3. Meditatio breviſſima Ricardi Hampole.
4. Scala mundi, ſive tabulæ chronologicæ genealogicæ et hiſtoricæ. *Continuantur eadem manu ad annum* 1340, *et dehinc alia ad annum* 1450: *pars vero chronologica deducitur uſque ad annum* 1619, *nitidiſſime ſcripta, nonnulliſque delineationibus templorum, &c. ornata.*

5. Chro-

CXCII.] *Vet. Cat.* E. 9. *MSS. Angl.* 1331—55.
CXCII.] *Vide* LXVIII. 5. CCCXIX. 3. CCCCXVI.
CXCIII.] *Vet. Cat.* L. 11. *MSS. Angl.* 1409--132.
CXCIV.] *Vet. Cat.* E. 8. *MSS. Angl.* 1326--50.
1.] *Vide* CLXXVII. 28.

5. Chronicon Martini Poloni papæ penitentiarii, ſive hiſtoria et ſucceſſio imperatorum et pontificum Romanorum a Chriſto nato ad annum 1306, et continuata ad annum 1342.
" Recognita et per ipſum auctius reddita quam in codicibus impreſſis."
Inter Leonem V. et Benedictum IIII. interſeritur Ioanna papiſſa.

6. Petri de Yckham compilatio de geſtis Britonum et Anglorum ex Bruto Beda et aliis auctoribus a prima antiquitate ad annum 1265, et aliâ manu ad annum 1283.
Ad finem deſunt nonnulla.

7. Triginta duo gradus ſcalæ.
" Hoſpicium beatæ Mariæ extra Biſhopsgate hunc vindicat librum."

CXCV.

Codex chartaceus in 4to, ſeculo xv ſcriptus, quem injuria temporis pluribus in locis mutilatum, ſequenti ſeculo ex alio quodam codice in integrum reſtitui fecit Cl. Parkerus; in eo autem continetur

Thomæ de Walſingham hiſtoria minor ab anno 1273 ad annum 1472, *ſive ut habet titulus antiquus hujus codicis,* Chronica ſancti Albani protomartyris.

CXCVI.

Codex membranaceus in folio minor. poſt tempore Ælfredi regis a Leofrico epiſcopo (ut videtur) una cum plurimis aliis eccleſiæ ſuæ Exonienſi donatus, et ab eo appellatus Maꞃtꞇꞃoloᵹium: *in eo autem adhuc reſtat,*

1. Pars maxima Martirologii ſeu potius Menologii Anglo-Saxonici, nempe a die 19 menſis Martis uſque ad diem 21 Decembris incluſive.
Fragmentum Saxonicum capite et calce truncatum ſex tantum conſtans foliis, in quo habetur

2. Pars legationis fabuloſæ Nathanis Judei ad Tiberium Cæſarem.

CXVII. *Codex*

5.] *Vide* LIX. 4. 11. CCCLXXII. 1. CCCCXXVII. 4, 5.
6.] *Vide* CCCXXXIX. 3. CCCCXXVII. 2.
XCV.] *Vet. Cat.* C. 4. *MSS. Angl.* 1303—27.
CXCVI.] *Vet. Cat.* D. 5. *MSS. Angl.* 1312—36.

CXCVII.

Codex in 4to, in priore cujus parte ſeculo xv in cartis ſcripta continentur

1. The epiſtle of king Ælfred to ———
2. Proceſſus contra Iohannem dictum le Purel.
3. Articuli venerabilis domini Ricardi Scrope archiepiſcopi Ebor. contra Henricum quartum intruſorem regni Angliæ A. D. 1399.
4. Cauſa quare decollatus eſt archiepiſcopus Ricardus Scrope.
5. Martirium prædicti Ricardi archiepiſcopi.
6. Depoſitio regis Ricardi.
7. Continuatio chronici Ranulphi per Iohannem Malverne, ab anno Domini 1236. ad annum 1394.
   Ad annum 1346, " *Hic revera Ranulphus monachus Ceſtr. ſuas " cronicas terminavit: —— Poſt hunc ſcripſit quidam monachus " Wigorn. Iohannes Malvern ——*
   Sæpe concordat hæc continuatio cum Thoma de Walſingham et autore anonymo hiſtoriæ Ricardi II. a Cl. Hearne editæ, multa tamen habet quæ in aliis fruſtra quæres, digna certe quæ hiſtoricis noſtris impreſſis addatur.
8. Acts of parliament 1 Hen. VI. and ſtate of affairs during his minority.
   In poſteriore parte hujus codicis in membranis habetur venerandæ antiquitatis
9. Fragmentum evangeliorum S. S. Iohannis et Lucæ.
   Scripta ſunt hæc fragmenta charactere eleganti et pervetuſto; aliquando diſtinctio vocum ſed non ſemper. — In bibliotheca Cottoniana olim habebantur evangelia Matthæi et Marci ejuſdem plane caracteris et pergameni, quæ præter pauca folia incendio perierunt ——

CXCVIII.

Codex membranaceus et antiquus in fol. minor. et craſſiori diverſis manibus ſcriptus, in quo continetur

Homeliarum Saxonicarum tomus quartus.

CXCIX. *Codex*

CXCVII.] *Vet. Cat.* M. 14. *MSS. Angl.* 1429--152.
CXCVIII.] *Vet. Cat.* S. 8. *MSS. Angl.* 1534--267.

CXCIX.

Codex membranaceus in 4to, literis Saxonicis ſcriptus, in quo continentur

Sancti Auguſtini de trinitate lib. xv.

Deſunt libri VIII, IX *et* X *et pars libri* VII, XI *et* XV.

Ad finem hujus codicis ſunt verſus, ex quibus diſcimus illum ſcriptum fuiſſe a quodam Iohanne, gente Ceretica, Sulgeni epiſcopi Meneven ſis cotemporaneo et amico.

CC.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xii exeunti, vel xiii ineunti ſcriptus, in quo continetur

Baldwinus archiepiſcopus Cantuarienſis de ineſtimabili ſacramento altaris.

De hoc codice ſic ſcripſit Parkerus: "Hic liber proprius codex Bald-" wini ſcriptus manu ſua dum erat archiepiſcopus Cantuarienſis, tam " accurate ut vix reperies aliquam mendam (quantum ad ſcriptionem " attinet) per totum librum. Quamvis fortaſſe ad ornatiorem ſcripturam " aliquorum verſuum ſuppletio ſit per literam puncto ſuppoſito, ut per librum " aliquoties videre licet. Ecce diligentiam!"

Neſcio qua autoritate fretus hæc dixit vir reverendiſſimus, cum enim de novo paucis abhinc annis compingebantur codices noſtri, operculis bibliopegi incuria abjectis multa hujuſmodi indicia perierunt. Sed forſan huic opinioni anſam præbuerunt ſequentia verba minio in codice ſubnotata: " Verum cum autoritas tua me premeret ut de ineſtimabili ſacrificio veri-" tatis aliqua ſcribenda dictitarem et dictata ſcriberem" — Minime tamen exhinc ſequitur codicem propria manu Baldwini fuiſſe ſcriptum; ex codice enim autographo in omnia ſequentia exemplaria neceſſaria tranſcribebantur hæc verba; preterea ex epiſtola nuncupatoria ſatis liquet Baldwinum adhuc monachum fuiſſe Fordenſem quando hæc ſcripſit, codex tamen noſter effigiem ejus habet veſti pontificali et pallio indutam. Sed

---

CXCIX.] *Vet. Cat.* N. 5. *MSS. Angl.* 1446—169.
CC.] *Vet. Cat.* V. 3. *MSS. Angl.* 1569--302.
CC.] *Vide* CCCXXXI. 1.

Sed etſi pro autographo non habendus ſit, haud tamen longe poſt autoris ævum ſcriptum puto.

CCI.

Codex membranaceus in folio minor. circa tempus conquiſitionis Angliæ, ut videtur, exaratus, in quo continentur plurima ſcripta Saxonica in uno volumine compacta, quorum tituli hoc ordine ſequuntur,

1. Pars libri cujuſdam ut videtur ritualis de diverſis diebus feſtis in uſum cujuſdam monaſterii.
2. Homelia cujus rubrica deſideratur.
   Incipit. Adam se æresta man ƿæs gescapen on neorxna.
3. De ætatibus mundi, Latine ex 1 capite evang. S. Matth.
   Incipit. On þissere ƿorlde fruman god ælmihtig gescop.
4. Sermonis Lupi epiſcopi.
   Leofan man doð sƿa eoƿ micel þearf is understandað.
5. De fide catholica.
   Leofan m̄. us is deope beboden.
6. Sermo.
   Leofan m̄. understandað sƿiðegeorne.
7. Wulflani archiepiſcopi Eboracenſis admonitio ſive paræneſis ad cujuſcunque conditionis homines curæ ſuæ commiſſos.
   Ƿulfstan arce biſceop greteð freondlice þegnas.
8. Homelia cujus rubrica deſideratur.
9. To folce.
10. To folce.
11. To folce.
12. To folce.
13. To eallum folce.
14. To eallum folce.
15. To eallum folce.
16. Be mislicum gelimpum.
    Hæc ſectio in apographo Iuniano parenæſin Wulfſtani claudit.
17. Her is git oþer ƿel god eaca.
18. Ðis man gerædde þa se micele here come to lande.
19. to gehadedum mannum. *Manu neoterica inſcribitur* epiſtola Ælfrici.

" *Deeſt*

CCI.] *Vet. Cat.* S. 18. *MSS. Angl.* 1550--383.

" *Deeſt ſecunda epiſtola Ælfrici.*

20. Be gehadedum mannum.
21. To gehadedum ⁊ læwedum.
22. Be eallum cristenum mannum.
23. Norðhymbra preosta laga.
24. her is eadgares cyninges gerædnes.
25. Eadgares cyninges gerædnes.
Nempe leges civiles eccleſiaſticis adnexæ.
26. Leges Æthelredi regis.
27. De preceptis Domini.
28. De vitiis principalibus.
29. De virtutibus.
30. Æðelstanes cinyncges gerædnes.
31. De chriſtianitate, *Latine.*
32. Sermo Latinus cujus rubrica deſideratur.
33. her onginneð be chistendome.
34. Homelia cujus deſideratur rubrica.
35. De viſione Iſaiæ prophetæ quam vidit ſuper Iudam et Ieruſalem, *ſcilicet loca quædam ex Iſaia propheta Latine et Saxonice.*
36. Verba Hierimiæ prophetæ.
Deſiderantur quædam folia quibus continebantur concluſio hujus homeliæ et initium ſequentis.
37. De ſeptiformi ſpiritu.
38. De antichriſto *Latine et Saxonice.*
39. Homelia cujus deſideratur rubrica.
40. Homelia cujus deſideratur rubrica.
41. Homelia cujus deſideratur rubrica.
42. Homelia cujus rubrica deeſt.
43. Homelia cujus deſideratur rubrica.
44. Verba Ezechiel prophetæ de pigris aut timidis vel negligentibus paſtoribus.
45. Sermo Lupi ad Anglos quando Dani maxime perſecuti ſunt eos quod fuit anno M.VIII ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti.
46. Sermo Lupi.
Sequitur collectio canonum eccleſiaſticorum legum, &c. hoc ordine.

47. Be cininꞇʒe.
48. Be cineꞇome.
49. deſideratur rubrica Be cyneſꞇole.
50. De epiſcopis Paulus dicit.
51. Item.
52. Be eoꞃlum.
53. Be ſaceꞃꝺum.
54. Be ʒehaꝺeꝺum mannum.
55. Be abboꝺum.
56. Be munecan.
57. Be minecenan.
58. Be pꞃeoſꞇan ⁊ be nunnan.
59. Be læƿeꝺum mannum.
60. Be ƿuꝺeƿan.
61. Be ciꞃcan.
62. Be eallum cꞃiſꞇenum mannum.
63. Lex Æthelredi regis Be ciꞃiceſ ʒꞃiðe.
64. Eaꝺmunꝺeſ ʒeꞃæꝺneſ.
65. Heꞃ ʒebiꞃað nu ꞇo eaꝺʒaꞃeſ ʒeꞃæꝺneſ be ʒehaꝺoꝺꞃu manna hiƿƿa-ꝺunʒe.
66. Be ƿeꞃʒilꝺꞃum ⁊ be ʒeþinꝺum.
67. Noꞃð leoꝺa laʒa.
68. Be meꞃcena laʒa.
69. Be ʒehaꝺoꝺꞃa manna aðe ⁊ be haꝺboꞇe.
70. De baptiſmo.
71. Homelia cujus deſideratur rubrica, quæ in alio codice ſermo de baptiſmate.
72. De eccleſiaſticis gradibus.
73. De eccleſiaſticis officiis.
74. Admonitio de horis quibus in quolibet die Deus precandus.
75. Admonitio ad confeſſarios.
76. De confeſſione peccatorum et penitentia ſubeunda coram epiſcopo die cinerum.
77. Multa de penitentia ex libro penitentiali quem ex Latino Saxonicum fecit Ecgberthtus Ebor. archiepiſcopus.
78. Be ꝺæꝺbeꞇan.
79. Be mihꞇiʒum mannum.
80. Theodorus de ægris qui jejunare non poſſunt, *Latine*.

81. Leges

81. Leges Canuti regis.
82. Be ſacerdum.
83. her onginneð ſeo gerecedneſ be antioche þa ungeſæligan cinge ⁊ be apolonige þam tiriſcan ealdorman.
84. her cyð ymbe þa halgan þeon angel cynne reſtað.
85. her onginneð ſetgam be godeſ ſcm ðe on engla lande ærert reſton.
86. her cydde god ælmihtig hiſ mildheortniſſe þe he abrahame behet ⁊ ioſepe ⁊ abrahameſ offpringe.
Hæc tractatio de Joſepho patriarcha eſt pars verſionis ſeu potius excerptorum Ælfrici ex libro Geneſeos ſcil. cap. XXXVII *uſque ad cap.* XLVII, *verſ.* 18.
87. Verſus Bedæ preſbiteri de die judicii Saxonicis verſibus redditi.
88. Oratio poetica ex adonicis (quales facere potuerunt) verſibus partim Latinis partim Saxonicis.
89. Paraphraſis poetica in orationem dominicam.
90. Paraphraſis poetica in doxologiam.
91. Modus confitendi peccata, *Latine.*
92. Canones Numero XLV in uſum clericorum.
93. Homelia cujus deſideratur rubrica.
94. Canones precedentes, *Saxonice.*
95. Epiſtola Oſwardi monachi ad Karolum regem.
96. Adnotatio de diebus feſtivalibus.

CCII.

Codex membranaceus in 4to *forma oblonga, ſeculo xii ſcriptus, in quo continentur,*

1. Sylloge epiſtolarum.
Præmittitur brevis quædam hiſtoria de Fulgentio Sydonio et Symmacho, quibus, uti videtur, hæ epiſtolæ ſunt attribuendæ; quarum pleræque nullis gaudent ἐπιγραφαῖς, *et paucæ illæ quæ occurrunt literam initialem ſolummodo habent.*
2. Parabolæ Salomonis ſecundum Hebraicum tranſlatæ ab Euſebio Ieronimo preſbitero, petentibus Cromacio et Heliodoro epiſcopis, *cum gloſſa ordinaria et interlineari.*

CCIII. *Codex*

83.] *Vide* CCCXVIII. 9. CCCCLI. 5.
CCII.] *Vet. Cat.* T. 7. *MSS. Angl.* 1559—292.

CCIII.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xv ſcriptus, in quo continentur,

Poſtillæ Nicolai de Lyra in novum teſtamentum.

" *Ex dono Mag. Thomæ Fawcett.*

CCIV.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv ſcriptus, in quo continetur,

Stephanus Langton archiepiſcopus Cantuar. in Iſaiam, IV libros regum, II libros Paralipomenωn et II libros Macchabeorum.

CCV.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xvi nitidiſſime ſcriptus, in quo continentur,

Hiſtoriæ Blondi Flavii Forlivienſis ab inclinatione Romani imperii decades tertia et quarta.

Vulgo tres tantum hujus hiſtoriæ numerantur decades, quarum tertia undecim conſtat libris, in hoc vero codice decas illa decem tantum complectitur libros, et adduntur duo libri quartæ decadis, in quibus continentur res geſtæ annorum 1440, 1441 *uſque ad matrimonium Ludovici Sforzæ cum Bianca filia Philippi ducis Milanenſis.*

CCVI.

Codex membranaceus in folio, ſeculo ix ſcriptus, in quo continentur,

1. Martiani Minei Felicis Capellæ archiepiſcopi Cartaginenſis de arte dialectica.
2. Ariſtotelis chategoriæ ab Auguſtino tranſlatæ.
3. Liber Iſagogarum Porphirii.
4. Anitii Manilii Severini Boetii liber, quomodo trinitas [ſit] unus Deus et non III Dei ad Quintum Aurelium Memnium Simachum ſocerum.

5. Idem

CCIII.] *Vet. Cat.* Lib. ab Al. 7.
CCIV.] *Vet. Cat.* Lib. ab Al. 4. *MSS. Angl.* 1644--377.
CCIV.] *Vide* XXXI. LV. LVIII. LXXXIX.
CCV.] *Vet. Cat.* Lib. ab Al. 2. *MSS. Angl.* 1646--379.
CCVI.] *Vet. Cat.* Lib. ab Al. 11.

5. Idem ad Iohannem Diaconum utrum pater et filius et ſpiritus ſanctus de divinitate ſubſtantialiter dicantur.
6. Idem ad eundem quomodo ſubſtantiæ in eo quod ſint bonæ ſint et non ſint ſubſtantialiter bona.
7. Ejuſdem liber adverſus Neſtorium et Eutichen pro perſona ac natura [Chriſti] domino ſancto ac venerabili patri Diacono.
8. Dialectica magni Karoli regis ad Albinum magiſtrum ſuum.
9. Dialectica Auguſtini quam fecit ad inſtituendum filium ad Theodatium ſuum.

In hoc codice plurimæ occurrunt gloſſæ interlineares et notæ ejuſdem ævi.

CCVII.

Codex chartaceus in folio, ſeculo xvi ſcriptus, in quo continentur,

1. Epiſtolæ Cyrilli Alexandrini et aliorum ad illum.
2. Hugo Etherianus de proceſſione ſpiritus ſancti.

Adduntur ad finem, Epiſtolæ Hugonis ad Alexandrum papam et patriarcham Antiochi et reſponſiones illorum de hoc libro.

3. Ambroſius de proceſſione ſpiritus ſancti.

CCVIII.

Codex chartaceus in folio, ſeculo xvi ſcriptus, continens

Commentaire ſur l'epitre aux Romains.

Ad initium codicis " *Anno Domini* 1588 *Sept.* 18. *Henricus Aldrich* " *dedit collegio Corporis Chriſti in Cantabrigia in minore bibliotheca ſer-* " *vandum.*"

Ad finem " *Ex dono A. R. Cevalerii linguæ Hebraicæ profeſſoris* 1572.

CCIX.

Codex membranaceus in folio, ſeculo xiv ſcriptus, in quo continentur,

1. Petri Lombardi ſententiarum, lib. iv.

2. Io-

CCVII.] *Vet Cat.* Lib. ab Al. 6.
CCVIII.] *Vet. Cat.* Lib. ab Al. 5. *MSS. Angl.* 1649—382.
CCIX.] *Vet. Cat.* Lib. ab Al. 10.
1.] *Vide* CCCCLXI. 2.

2. Iohannis Damaſceni, qui vocatur Manſur, liber, in quo [eſt] etiam traditio orthodoxæ fidei capitulis diviſa centum, a Burgundio judice, cive Piſano, de Græco in Latinum, domino III. Eugenio beatæ memoriæ papæ tranſlatus.

3. Hugonis de ſancto Victore ſumma ſententiarum, *imperfect.*

CCX.

Codex chartaceus forma oblonga in folio, ſeculo xv ſcriptus, in quo continetur

Itinerarium ſive liber rerum memorabilium Willelmi [Bottoner] de Worceſtre.

Hic codex charactere valde difformi exaratur, et interlineationibus ubique ſcatet ita ut videtur autographum autoris in itineribus ſuis compilatum: occidentales et orientales partes hujus regni ſæpe viſitavit, eccleſias et monaſteria deſcripſit ſeu potius menſuravit, nihil enim notavit præter longitudines et latitudines quas per greſſus ſuos computavit, et ex obituariis et chronicis quædam excerpſit: diligentiam facile laudares, judicium ubique deſiderares; primus tamen fuit, qui Angliam perluſtrare aggreſſus eſt, et ſi maximas laudes aſſecutus ſit Lelandus veſtigiis ejus feliciore gradu inſiſtens, nonnullæ ipſi Bottonero debentur, qui viam ei monſtravit.

Habetur in hac bibliotheca apographum hujus codicis, ſed parum fidele, multa enim omittuntur, multa perperam tranſcribuntur, in locis tamen difficilioribus uſui eſſe poteſt in vera lectione indaganda; in ſequenti igitur indice notavi paginam utrius codicis ubi res ſingulæ occurrunt,*

N.B. O. *deſignat codicem originalem*, A. *apographum.*

Fragmentum teſtamenti R. Halbey A.D. 1453, O. 1.

De obitibus fundatorum eccleſiæ S. Mariæ Tinternæ, et de genere eorum ex antiquo kalendario, O. 4.

Deſcriptio eccleſiæ Weſtmonaſterii, O. 5. A. 221.

De Fontibus fluviorum Avyn Thameſiæ Frome et Caſtelcombe, O. 6. A. 227.

De caſtro antiquiſſimo vocato Yeſſandebry ſuper le Playn de Saleſbery, O. 6.

De-

CCX.] *Vet. Cat.* Lib. ab Al. 13. *MSS. Angl.* 1645—378.
*apographum**] viz. Cl. 31.

Deſcriptio eccleſiæ de Romeſey, O. 7.

——— eccleſiæ de Sarum, O. 7. A. 222.

Excerpta ex obituariis dictæ civitatis, O. 7.

Deſcriptio eccleſiæ monaſterii de Wilton juxta Sarum, O. 7.

Excerpta ex martirologio fratrum ſancti Franciſci civitatis Sarum, O. 8. A. 280.

Deſcriptio eccleſiarum de Radclyff Briſtol et Tyntern, O. 8.

De Willelmo Canyng mercatore Briſtollenſi et poſtea decano eccleſiæ de Weſtbery, O. 8. A. 288.

Epitaphum regis Gulielmi I. O. 9. A. 281.

Excerpta ex chronico Gildæ apud monaſterium de Walden in Eſſexia, O. 9. A. 269.

De nobilitate Andreæ Ogard: de proportione et menſura dominii manerii de Rye per 16 miliaria de London in Eſſex: de manerio de Ermeth per 2 miliaria de Wiſbech; de caſtello de Bokenham et de caſtello de Howneſdon, O. 11. A. 225.

A medicine for the ſtone, O. 12.

De hoſpitio ducis Bedfordiæ, O. 12.

De aquis quæ currunt per Kirton et Lamport, O. 13. A. 227.

Excerpta ex kalendario martirologii monaſterii de Newnam prope Axminſter, O. 13. A. 256P.

De ſepulturis quorundam ſanctorum, O. 14.

De eccleſia monaſterii de Newnam; de caſtello et eccleſia cathedrali Exceſter; de Axwater Comwich et Bridgewater, O. 14. A. 278P.

De Edmundo Lacy epiſcopo Exon. O. 15. A. 258.

De caſtello Exceſtre; de ponte de Honiton-clift; de ponte S. Mariæ de Otrey; de Exmouth, O. 16. A. 227P.

Nomina diverſorum caſtellorum et turrium in Devonia, &c. O. 17.

Itinerarium Cornubiæ ad occidentalem ſuum finem, O. 18. A. 286.

Regulæ aſtrologicæ de fauſto precandi tempore, O. 19.

De inſulis occidentalibus, O. 19. A. 267.

De navibus Willelmi Canyng, qui fuit major London. [*Briſtol?*] quinque vicibus, O. 19. A. 241.

De edificatione monaſterii de Bukelonde, O. 20.

De fundatione eccleſiæ fratrum ordinis S. Franciſci de Bodnam, et de obitibus ibi inventis, O. 20. A. 278. 286P.

De-


Codex membranaceus in 4to, *ſeculo xi ſcriptus, in quo continentur,*

1. Hiſtoria Romana ab urbe condita ad Juſtinianam imperatorem lib. xvi.

Decem priores libri ſunt Eutropii cum additamentis Pauli diaconi, ſex poſteriores incerti autoris.

2. Carta Leonis papæ VII. in qua confirmat Ottoni I. imperatori jus tam eligendi quam ordinandi pontificem Romanum et alios epiſcopos.

3. Du-

14.] *Vide* CLXXVII. 10. CCCCLVIII. 3.
16.] *Vide* CCCCL. 10.
17.] *Vide* CLXXVII. 20. CCCCLXIV. 1. CCCCLXVII.
CCLXXVI.] *Vet. Cat.* A. 5. *MSS. Angl.* 1281--5.
1.] *Vide* CXXIX. 1.

3. Dudonis hiſtoria Normannorum.
"*De libraria ſancti Auguſtini Cant.*"

CCLXXVII.

Codex membranaceus forma oblonga in folio, ſeculo xiii ſcriptus, in quo continetur,

Adamus Berchingenſis de ſerie ſex ætatum.

Principium "*Scribere decrevi decurſum labilis ævi.*"

In prioribus catalogis vocatur "*tractatus ſuper vetus et novum teſtamentum,*" *et ſatis liquet diverſos hoſce titulos eidem operi aſſignari; nec rara eſt in monumentis priſcorum ſcriptorum hæc titulorum varietas.*

CCLXXVIII.

Codex membranaceus in 4to*, ſeculo xv ſcriptus, in quo continentur,*

1. The pſalms of David in Scotch metre.
Principium, "*Seli beern that noubt is gon*
"*In the red of wicbked man*
"*And in ſtrete of ſinful nouth be ſtod*
"*Ne ſat in ſete of ſcorn ungode.*"
2. Pſalterium lingua Gallica.

CCLXXIX.

Codex membranaceus in 4to*, ſeculo vii ſcriptus, in quo continetur,*

Synodus epiſcoporum id eſt Patricii, Auxillii, Iſſernini.

CCLXXX.

Codex membranaceus in 4to*, ſeculo xiii ſcriptus, in quo continetur,*

Hiſtoria Anglorum contexta ab Henrico Huntudonenſi archidiacono anno gratiæ M.C.XXXV lib. X.

CCLXXX. *Codex*

CCLXXVII.] *Vet Cat.* H. 9. *MSS. Angl.* 1368--91.
CCLXXIII.] *Vet. Cat.* O. 6. *MSS. Angl.* 1477--210.
CCLXXIX.] *Vet. Cat.* O. 20. *MSS. Angl.* 1488--221.
CCLXXIX.] *Vide* CCXCVIII. 22.
CCLXXX.] *Vet. Cat.* E. 10. *MSS. Angl.* 1330--54.

CCLXXXI.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xiv exaratus, in quo continentur,

1. Galfredi Monumetenſis hiſtoria Brittanniæ.
   Ad finem adduntur (1) Iter in Angliam et Encomium Anglorum per quendam Gallum. (2) Epitaphium Lewelini magni et de ſancto Patricio *manu neoterica.*
2. Annales a nativitate Chriſti ad annum 1339.
   Ad imum primæ paginæ "Iſte liber eſt de communitate Burtoniæ, qui eum alienaverit anathema ſit, Amen.
   Ex hac inſcriptione codici quidem coæva vero folio non inſcripta ſed eidem agglutinata, hi annales a Parkero Jameſio et Stanley nominati ſunt annales de Burton; recte tamen obſervavit Cl. Stanley eos ab impreſſis prorſus eſſe diverſos. Codicem diligenter evolventi occurrerunt multa quæ mihi fidem fecerunt eos a quodam monacho cenobii S. Andreæ apud Northampton conſcriptos eſſe. Primo enim notatur ſucceſſio abbatum Cluniacenſium, cujus ordinis fuit hoc cenobium: ſecundo, nulla fit mentio monaſterii de Burton, ſed fundatio domus S. Andreæ per Simonem comitem de Northampton occurrit ad annum 1083, tertio ad annum 1237, ſunt hæc verba "In hoc monaſterio beati Andreæ quod-" dam mirabile contigit."
   Uſque ad annum 1206 eadem manu ſcribuntur, poſtea diverſis; anno 1249 inſeritur edictum Gallica lingua ſcriptum Edwardi I. quando Scotiam intravit, et genealogia eorum qui jus ſuum aſſeruerunt in illud regnum.
3. Excerpta ex Thoma de la More de morte Edwardi II. *manu neoterica.*
4. Expeditio contra Turcos circa annum 1094.
   Extat inter geſta Dei per Francos ſub hoc titulo "Geſta Francorum et aliorum Hieroſolymitanorum.

CCLXXXII.

A parchment book in 4to, written in the xv century, containing

Ser-

CCLXXXI.] *Vet Cat.* D. 7. *MSS. Angl.* 1314--18.
1.] *Vide* CCXCII. 1. CCCCXIV. 9.
CCLXXXII.] *Vet. Cat.* R. 6. *MSS. Angl.* 1436--159.

CCLXXXII.

Sermons on all the Sundays and principal feaſts in the year.
The firſt leaf is wanting.

CCLXXXIII.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xv ſcriptus, in quo continetur,

Frater Egidius Romanus, ordinis fratrum heremitarum ſancti Auguſtini, de regimine principum lib. iii.

CCLXXXIV.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xiv ſcriptus, in quo continentur,

1. Liber orationum ſive meditationum B. Anſelmi archiepiſcopi Cantuarienſis.
2. Antiphona ſecundum eccleſiam Romanam.
3. Pſalterium B. Hieronimi abbreviatum.
4. Litania ſecundum uſum monaſterii S. Auguſtini.

CCLXXXV.

Codex membranaceus in 4to, cujus prima pars caractere ſatis nitido ſeculo xv ſcripta continet,

1. Inviĉtiſſimi Anglorum Franciæque regis Henrici V. ad ejus filium chriſtianiſſimum regem Henricum VI. vitam per T. Livium de Frulovifiis Ferarienſem editam.

In poſteriore parte hujus codicis, nitore quidem inferiore, antiquitate vero longe excellente, utpote ſeculo x ſcripta, continentur,

2. Beatus Aldhelmus epiſcopus de laude ſanĉtorum patrum et virginum.
3. Idem de oĉto vitiis principalibus.

CCLXXXVI.

Codex membranaceus et antiquiſſimus in 4to, ſed quod dolendum initio mutilus, in quo majoribus et rotundioribus literis Romanis ſcribuntur,

Evan-

CCLXXXIII.] *Vet. Cat.* N. 20. *MSS. Angl.* 1465--188.
CCLXXXIV.] *Vet. Cat.* K. 3. *MSS. Angl.* 1385--108.
1.] *Vide* LXIII. 1. CLIV. 23. CLV. 15. CLXXVII. 13.
CCLXXXV.] *Vet. Cat.* N. 31. *MSS. Angl.* 1410--193.
1.] *Vide* C. 2.
CCLXXXVI.] *Vet. Cat.* L. 15. *MSS. Angl.* 1413--136.

Evangelia quatuor Latine ſecundum verſionem D. Hieronimi, *haud tamen abſque majoris momenti lectionibus ab editione vulgata diſcrepantibus. De hoc autem codice notandum eſt eum ab aliis antiquiſſimis codicibus, quos in Anglia ſcriptos eſſe conſtat, cum quoad membranorum faciem tum quoad atramenti colorem tum denique quoad literarum ductum maxime differre.*

Quæ quidem cum aliis infra dicendis rationibus faciunt ut credam hunc codicem unum eſſe eorum quos ad Auguſtinum Anglorum apoſtolum et primum Dorobernenſem archiepiſcopum mille et centum abhinc annis miſit Gregorius magnus papa Romanus. De libris ab eo in Angliam miſſis conſulat eruditus lector Iohannem Diaconum in vita Gregorii magni cap. 37. *et Bedæ hiſtoriam eccleſiaſticam lib. i. cap.* 29.

Hunc codicem quondam ad abbatiam S. Auguſtini Cantuariæ pertinuiſſe ante ſeptingentos annos fidem facit,

1. Conventio Saxonice ſcripta [*Paulo ante initium evangelii ſecundum D. Marcum*] quæ facta fuit inter Wulfricum abbatem [*qui floruit A. D.* 949,] et Ealredum Lifingi filium.

   Verum ad calcem evangelii ſecundum D. Mattheum habetur ante annos octingentos ſcriptum,

2. Teſtamentum Eathburgæ in quo recitantur quæ legavit monaſterio S. Auguſtini.

   Quod quidem teſtamentum publicavit D. Georgius Hickeſius in diſſertatione ſua epiſtolari.

   Ad precedentem deſcriptionem inſignis hujus codicis ex catalogo Wanleiano MSS. Saxonicorum deſumptam pauca ſubjungam, quæ ut a propoſito ſuo aliena omiſit vir doctiſſimus harumque rerum peritiſſimus.

   In hoc codice nulla vocum diſtinctio.

   Ante ſingula evangelia habetur prologus quem excipit index capitulorum: deſideratur vero prologus et pars indicis in evangelium ſecundum D. Mattheum.

   Ante evangelium D. Lucæ ſunt duæ illuminationes in totidem paginis; in prima vero delineatur in duodecim tabulis hiſtoria Chriſti ab introitu in Ieruſalem ad paſſionem; in ſecunda autem habetur figura D. Lucæ cum hac inſcriptione

   "*JURA SACERDOTII LUCAS TENET ORA JUVENCI.*"

Ad calcem codicis habentur Latine,

3. Redditio terræ de Wicham Deo et S. Auguſtino et domino Hugoni abbati per Robertum Freſle, in illa quadrageſima in qua rex Henricus dedit filiam ſuam imperatori.
4. Conventio inter Oſbernum de Ripla filioſque ejus et abbatem S. Auguſtini de annua penſione XVI s. VIII d. ſolvenda ex terra de Ripla.
5. Reliquiæ quæ ſunt in uno parvo nigro ſcrinio uno flore notato.
6. Conceſſio collis, qui eſt proximus Saltenhethe, Jacobo filio Gilrici per Robertum abbatem et conventum, ea conditione ut dictus Jacobus ibi faciet unam ſalinam et reddet annuatim ad curiam de Ciſtelet II ferendellos ſalis et V ſolidos.
7. Conceſſio 7 acrarum in Becleſhanger Willelmo filio Hugonis de Becleſhanger per Robertum abbatem et conventum, reſervata penſione XLII denariorum curiæ de Norb. annuatim ſolvenda.
8. Conceſſio meſſuagii Columbino clerico per eundem abbatem et conventum, reſervata penſione X s.
9. Conceſſio 10 acrarum terræ et dim. in villa de Eſtbotleſhen Hamoni filio Willelmi de Becleſhanger per Robertum elemoſinarium cum conſenſu abbatis et conventus.
10. Confirmatio ejuſdem donationis per abbatem et conventum.
11. Conceſſio cujuſdam horti Willelmo filio Iohannis de Fengleſham per dictum elemoſinarium.
12. Conceſſio meſſuagii Benedicto filio Radulphi per abbatem et conventum reſervata penſione XIIII s. annuatim.

CCLXXXVII.

Codex membranaceus in 4to, in quo continentur ſequentia apographa,
1. Breve excerptum ex hiſtoria I. Marii Belgi de ſchiſmat. de Helena matre Conſtantini magni.
2. Epiſtola Michaelis Renigeri ad Mattheum Cantuarienſem cum prefatione de autoritate argumento et ſumma libri ſequentis.
3. Liber breviter compilatus de fundatione et erectione eccleſiæ Weſt-

---

CCLXXXVII.] *Vet. Cat.* Q. 5. *MSS. Angl.* 1514--247.

Weſtmonaſterienſis, prout in chronicis et ſcriptis authenticis invenitur, autore Iohanne Flete.

Continet hiſtoriam monaſterii et abbatum qui ibidem præfuerunt a prima fundatione ad annum 1386.

“ *XIX Junii A°* 1572.”

“ *Hic liber tranſcriptus ex veteri quodam libro de fundatione eccleſiæ*
“ *Weſtmonaſterienſis, qui liber jam remanet in cuſtodia D. Goodman*
“ *decani ejuſdem eccleſiæ.*”

4. Hiſtoria epiſcoporum Elienſium ab Harvæo primo epiſcopo ad mortem Philippi Morgan epiſcopi XXIII, anno 1434.
5. Catalogus epiſcoporum Elienſium ab Harvæo ad Ricardum Cox.
6. Epiſtola Nigelli [Wireker] monachi Cantuarienſis ad Gulielmum de Longo-campo epiſcopum Elienſem de abuſu rerum eccleſiaſticarum.

CCLXXXVIII.

Codex membranaceus in 4to, *a diverſis ſcriptoribus et diverſis temporibus exaratus, in quo continentur,*

1. Alani prioris eccleſiæ Chriſti Cantuarienſis epiſtolæ ad Henricum III. ad regem Franciæ et alios; præſertim de tranſlatione corporis Thomæ Becket; — et ad Baldwinum archiepiſcopum de jure et poteſtate ſedis metropolitanæ in epiſcopum et ſedem Roffenſem, nempe quod epiſcopus Roffenſis in capitulo eccleſiæ Cantuariæ eligi debet, ibique ſpiritualia et temporalia a manu archiepiſcopi accipere; et quod monachi Roffenſes mortuo epiſcopo ſuo baculum ejus paſtoralem apud Cantuariam portare tenentur, — item una vel altera epiſtola ad Alanum.
2. Tractatus de officiis eccleſiaſticis.
3. Alius tractatus ejuſdem, *ut videtur*, argumenti.
4. Geſta ſalvatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ invenit Theodoſius magnus imperator in Ieruſalem in pretorio Pontii Pilati in codicibus publicis.

5. Alius

CCLXXXVIII.] *Vet. Cat.* O. 11. *MSS. Angl.* 1483--216.
4.] *Vide* CCCCXLI. 19.

5. Alius tractatus ejuſdem farinæ.
6. Libellus de infantia ſalvatoris noſtri et de ejus cognatis Ioachimo Anna, et de miraculis virginis Mariæ, &c.
Ad finem, " *Hæc omnia Thomas Iſmaelita ego ſcripſi.*"
7. Hiſtoriæ quædam fabuloſæ, *quarum titulos recenſere haud operæ pretium.*
8. Liber de Aſenech et quomodo Joſeph duxit eam in uxorem.
9. Liber Methodii martyris de initio ſeculi et fine, &c.
10. Prophetia Hilnegardis.
11. De Tartaris e Jordano Minorita et aliis.
12. Frederici imperatoris epiſtolæ duæ ad Anglos contra papam.
13. Gravamina Anglorum adverſum poteſtatem papæ.
14. Viſiones quædam et narrationes de captivitatibus Iſraelis, et alia hiſtorica. — *Nullo ordine et imperfecta.*
" *Liber N. de Sandwico.*"

CCLXXXIX.

Codex membranaceus in 4to, *ſeculo xii ſcriptus, in quo continentur,*
1. Aurelii Auguſtini doctoris Hipponenſis de doctrina chriſtiana lib. iv. *fol.* 5.
2. Ejuſdem diſputatio contra Felicianum hereticum, *p.* 195.
3. Idem ad Paulum et Eutropium de perfectione juſtitiæ hominum adverſus eos qui aſſerunt hominum poſſe fieri juſtum ſolis ſuis viribus, *p.* 232.
4. Idem de natura et gratia ad Timaſium et Jacobum, *p.* 278.

* * * * * *

Opera ſequentia Hugoni de ſancto Victore aſcribuntur a quodam neoterico.

5. Sermo de ſacramentis Neophytorum habitus in ſynodo, *p.* 291.
6. De excellentia ſacrorum ordinum et vita ordinandorum cujus ſupra in ſynodo, *p.* 305.

7. De

8.] *Vide* CCCCXXIV. 12.
9.] *Vide* LIX. 12. LXVI. 26. CCCCIV. 2.
10.] *Vide* CCCCIV. 5.
CCLXXXIX.] *Vet. Cat.* O. 10. *MSS. Angl.* 1482--215.
1.] *Vide* XXXIV. 8. CVII. 14. CLIV. 50. CCCXVI. 9.

7. De ſignificationibus ſacerdotalium indumentorum cujus ſupra in ſynodo, *p.* 318.
8. De ſacramentis dedicationis cujus ſupra, *p.* 333.
9. De convenientia veteris ac novi ſacramenti cujus ſupra, *p.* 350.
10. Quare Deus natus et paſſus ſit, *p.* 398.
11. Sermones de adventu et nativitate Domini, *p.* 409.

* * * * * *

12. Brajuro Signienſis epiſcopus ad Gaium Megalonenſem epiſcopum de ſignificationibus ſacramentorum et tum veteris tum novi federis, *p.* 415.
13. Gualterus ad Hugonem Sancti Victoris priorem de iſta queſtione, utrum anima quam in perſona Chriſti aſſumpſit divinitas tantam penitus habeat ſcientiam et ſapientiam quantam habet divinitas.

CCXC.

Codex membraaceus in 4to, ſeculo xi ſcriptus, in quo continetur,
Chronica Odonis abbatis Cluniacenſis.

CCXCI.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xi ſcriptus, in quo continentur,
1. Beda de temporibus et temporum ratione.
2. Diſſertatio de anno, &c.
3. Iſidorus epiſcopus de poſitione ſeptem ſtellarum errantium.
4. Beda de æquinoctio.
5. Tabula et ratio numerandi.
6. Tabulæ paſchales.

"*De librario ſancti Auguſtini.*"

CCXCII.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xii ſcriptus, olim et principio et fine mutilatus, ſed neoterica manu reſtitutus, in quo continentur,

1. Gal-

11.] *Vide* CCXCIV. 6.
CCXC.] *Vet. Cat.* A. 9. *MSS. Angl.* 1285--9.
CCXCI.] *Vet. Cat.* A. 10. *MSS. Angl.* 1286--10.
CCXCII.] *Vet. Cat.* Miſc. 21.

CCXCII.

1. Galfridi Monumetenſis hiſtoria Britanniæ.
   Ubique concordat, etſi non ſemper ad verbum cum editione Heidelburgiana, in libros tamen non dividitur: hiſtoriæ inſeruntur prophetiæ Merlini ut in exemplaribus impreſſis.
2. Hiſtoria Turpini Remenſis eccleſiæ archiepiſcopi de famoſiſſimo rege Karolo magno, qui terram Hiſpanicam et Galetianam a poteſtate Saracenorum liberavit, ad Leoprandum.
   Ad finem adduntur, De morte Turpini et Genealogiæ regum Gallorum et Anglorum uſque ad Philippum III. et Edwardum I.

* * *ſeculo xvi* * *

3. Teſtimonia hiſtoricorum de jure regis Angliæ in regnum Scotiæ.

* * *ſeculo xiv* * *

4. Articuli cleri in parliamento Lincoln. 9 Edw. II.
5. Litera miſſa regi Angliæ Edwardo I. per Bonifacium papam, quod regnum Scotiæ non eſt nec fuit de fœdo regis Angliæ ſed ab antiquis temporibus pleno jure pertinuit ad eccleſiam Romanam.
6. Epiſtola Edwardi I. ad papam de jure ſuo in regnum Scotiæ, data 7 Maii, 1301.
7. Litera quam comites et barones Angliæ miſerunt domino papæ ſuper negotio Scotorum, data apud Lincoln. 12 Feb. 1301.
8. Literæ Bonifacii papæ ad archiepiſcopum Cantuar. ut preſentet regi literas quas miſit pro Scotis, datæ 4 kalend. Jan. pontif. 1mo.
9. Epiſtola archiepiſcopi [Winchelſey] ad papam, in qua prolixe narrat difficultates et pericula, quæ ſubivit in itinere ſuo in Scotiam ad regem cum literis papæ, data apud Otteford 8 Idus Octob. 1300.
10. Carta Edwardi II. confirmans ſtatutum de Weſtmon. 1 Edw. I. de protectione bonorum eccleſiæ, data apud Ebor. 24 Nov. A. R. 10°.

11. Breve

1.] *Vide* CCLXXXI. 1. CCCCXIV. 9.
2.] *Vide* CCCXVIII. 6. CCCCXIV. 3.
3.] *Vide* CX. 3.
5.] *Vide* CX. 2.
6.] *Vide* CX. 4. CCXCVIII. 14.
7.] *Vide* CX. 5.

11. Breve ejuſdem regis vicecomiti Kant. directum pro executione ejuſdem ſtatuti.

* * *ſeculo xvi* * *

12. Carta Edwardi III. qua dimittit ſe de omni jure in regnum Scotiæ.

CCXCIII.

A thin parchment book in 4to, *written in the xv century, containing* Pierce Plowman's viſions.

This MS. differs greatly from Roger's edition in 1561 *(the only one that I have ſeen) the orthography is much more antique, and the variations ſo numerous that I ſeldom found three lines together the ſame in both. It beginneth thus,*

" *In a ſomerus ſeſone whan ſofte was the ſonne*
" *I ſhoop me in to ſchrubbes as I a ſhepherde were*
" *In abyt as an eremyte on holy of werkus*
" *I wente forth in the world wondrus to hyre*
" *And ſay many ſellys and ſelcouthe thynges*
" *As on a May morwenyng on Malverne hullus*
" *Me befel for to ſlepe for weryneſſe of wandryng*
" *And in a launde as I lay lenede I and ſlepte*
" *And merveylouſly me mette as I may zow telle*
" *Al the welthe of thys worlde and the woo bothe*
" *Wynkyng as hit were wyturly I ſay hgt*
" *Of trewthe and of trechery treſon and gyle*
" *Al I ſay ſlepyng as I ſchal zow telle.*"

CCXCIV.

Codex membranaceus in 4to, *ſeculo xiii ſcriptus, continens,* Varia opuſcula Hugonis de ſancto Victore, *ſequenti ordine.*

1. De

12.] *Vide* CX. 6.
CCXCIII.] *Vet. Cat.* R. 7. *MSS. Angl.* 1437—160.
CCXCIV.] *Vet. Cat.* K. 4. *MSS. Angl.* 1386—109.

CCXCIV.

1. De archa Noe pro archa ſapientiæ cum archa eccleſiæ et archa matris lib. v.
2. De modo orandi.
3. Didaſcalion. lib. v.
4. De inſtitutione Novitiorum.
5. De arra animæ.
6. Sermo de nativitate Chriſti.
7. Sermo de corpore Domini.
8. Sermo de corpore Chriſti.
9. Sermo de reparatione hominis.
10. De fide.
11. De meditatione.
12. De throno Solomonis.
13. Sermo in " Videns turbas Ieſus."

" *Liber Mag. Ricardi Mabot ſanctæ theologiæ baccalaurei et comu.*
" *cathedralis beatæ Mariæ Lincoln. canonici.*"

CCXCV.

Codex membranaceus in 4°, ſeculo xiii ſcriptus, in quo continentur,
Epiſtolæ Thomæ Beckett lib. v.
In libro tertio habentur circiter triginta epiſtolæ quæ non extant in editione Lupi.

CCXCVI.

A parchment book in 4to, written in the xiv century, containing
Several treatiſes written by Wickliff.
" *In this booke be gathered together all the ſharpe treatiſes concernynge*
" *the erroures and defaults which John Wickliff did fynde in his tyme ſpe-*
" *cially in the clergie and religiouſe and in other eſtates of the worlde.*"

The

1.] *Vide* XXXIV. 33.
3.] *Vide* CCCXVI. 2.
6.] *Vide* CCLXXXIX. 11.
CCXCV.] *Vet. Cat.* A. 11. *MSS. Angl.* 1287—11.
CCXCV.] *Vide* CXXIII. 1.
CCXCVI.] *Vet. Cat.* Sub. C. 6. *MSS. Angl.* 1630—363.

The titles of the ſeveral treatiſes are as follows,

1. Attendite a fermento phariſeorum quod eſt hipocryſis, *p.* 1.
A diſcourſe in xii chapters againſt the hypocriſy of the clergy.
2. Hou men owen obeſche to prelatis drede curs and kepe law, ch. iii, *p.* 23.
3. The reule of ſeynt Fraunſeis, *p.* 29.
4. The teſtament of ſeynt Fraunſeis, *p.* 34.
5. Objections againſt the Franciſcans for not obſerving this teſtament under pretence of their having a papal diſpenſation, *p.* 36.
6. Articles againſt the friers, *p.* 39.
7. Articles againſt prelates, *p.* 65.
8. How Anticriſte and his clerkis feren trewe preſtis fro prechynge of Criſtis goſpel bi foure diſtertis, *p.* 103.
9. Of clerkis poſſeſſioneris, *p.* 107.
10. Hou the office of curatis is ordeyned of God, *p.* 123.
11. For the ordre of preſthod, *p.* 136.
12. Hou men ſchullen fynde preſtis, *p.* 144.
13. Hou preiere of good men helpith moche and preiere of ſynful men diſpleſith God and harmeth hemſelf and othere men, *p.* 145.
14. A ſchort reule of lif for eche man in general and for preſtis and lordis and laboreris in ſpecial hou eche ſchal be ſavyd in his degree, *p.* 157.
15. Thre thingis diſtien this world falſe confeſſoures falſe men of lawe and falſe merchauntis, *p.* 160.
16. Of feyned contemplatif lif, of ſong, of the ordynal of Saliſbury and of bodely almes and worldly byſyneſſe, of preſtis hou bi thes foure the fend lettith hem fro prechynge of the goſpel, *p.* 165.
17. The pater noſter expounded, *p.* 172.
18. The Ave Maria expounded, *p.* 175.
19. Hou Sathanas and his children turnen werkis of mercy up ſo dom and diſteynen men thereinne and in here five wittis, *p.* 179.
20. Hou religious men ſhoulde kepe certayne articles, *p.* 185.
21. Of ſervauntis and lordis hou eche ſchal kepe his degree, *p.* 190.
22. Whi pore preſtis have none benefice, *p.* 203.

23. Hou anticriſt and his clerkis traveilen to deſtroie holy writt and to make criſtene men unſtable in the faith, and to ſette here ground in develis of helle, *p.* 209.
24. Hou ſathanas and his preſtis and his feighed religious caſten bi thre curſed hereſies to deſtroie alle good lyvynge and meyntenyng alle manner of ſynne, *p.* 213.
25. For thre ſkillis lordis ſchulden conſtreyne crerlis to lyve in mekeneſſe wilful poverte and diſcrete penaunce and goſtly traveile, *p.* 221.
26. Of wedded men and wifis and of here children alſo, *p.* 224.
27. Articles of reformation, *p.* 235.
28. Tranſlation of a paſſage of S. Auguſtin, *p.* 238.
29. The grete ſentence of curs exponed, *p.* 239.
30. Articles preſented to the king and parliament.

CCXCVII.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xv ſcriptus, in quo continentur,

1. Statuta regni abbreviata, *id eſt,* —proviſiones de Merton, —ſtatuta de Marleburge, — ſtatuta Weſtmonaſterii prima, — ſtatuta Glouceſtriæ, — ſtatuta Weſtmonaſterii ſecunda, — ſtatuta de venditionibus et emptionibus terrarum, — ſtatutum de viris religioſis.
2. Paladii Rutili Tauri Æmiliani viri illuſtris opus agriculturæ lib. ii.
3. Regalia brevia ſicut mos eſt in regno, *ſive* regiſtrum brevium antiquum.
4. Ars faciendi literas vel epiſtolas, *ſive* formulæ cartularum regiarum et epiſtolarum epiſcoporum, &c.
5. Experimenta medicinalia magiſtri Willelmi de Sumereye.
6. Poema verſibus rithmicis ſcriptum in mortem Rodulphi abbatis Thorneiæ; cum forma qua condolent cætera monaſteria cum Thornienſi.

7. Liber

CCXCVII.] *Vet. Cat.* A. 12. *MSS. Angl.* 1288—12.

7. Liber qui vocatur Raſis de medicina et anatomia.
8. Some old Saxon terms of law explained in French.
9. Forma compoti abbatiæ vel conventus.
10. Proceſſus placiti inter abbatem Thorneye querentem et abbatem de Burgo Sancti Petri deforciantem de quodam chimino * inter ripam de Nene et villam de Eye, anno Domini M.CCC quarto.
11. Les medicines e la chirurgerie a chivaux.

CCXCVIII.

Codex chartaceus in 4to *minor. olim ut videtur peculium reverendiſſimi antiſtitis Thomæ Cranmer, in quo continentur,*

1. The life of Thomas Beckett tranſlated into Engliſh verſe by Laurence Wade monk of Chriſt-church Canterbury 1497.
   Beginning " *O ye virtuous ſoverayns ſpiritual and temporal*
   " *And all ye devoute people both more and leſſe*
   " *That thys now ſhall here hartely I praye yowe all*
   " *To ſupport my imperfection of lowly gentylneſſe*
   " *For the lyeff here I purpoſe with your patience to reherſe*
   " *Off ſeynt Thomas the bliſſed laureat martir dere*
   " *That dyed for the churchys ryght onely in Criſtys werre.*"
2. Collectanea quædam de archiepiſcopis Cantuar. præſertim de Lanfranco, Anſelmo et Thoma Beckett et de prioribus eccleſiæ Chriſti Cant. — *inter quæ* Gevaſius de combuſtione et edificatione eccleſiæ, et Eadmerus ad Glaſtonienſes de corpore S. Dunſtani.
3. Donationes et acquiſitiones maneriorum cum eccleſiis totius prioratus eccleſiæ Chriſti Cant. conceſſæ et confirmatæ [ad annum 17 Ric. II.]

4. Ca-

---

* *chimino*, Gallis chemin, road or highway.

CCXCVIII.] *Vet. Cat.* N. 7. *MSS. Angl.* 1448—171.

2.] *Vide* CCCLXXI. 5.

4. Catalogus regum Anglorum et loca ſepulturæ eorundem ab Ethelberto rege Cantiæ ad Henricum VII.
5. De archiepiſcopis Cantuar. quanto tempore in archiepiſcopatu vixerunt et in quo gradu et dignitate, prius erant a S. Auguſtino ad Willelmum Warham et *neoterica manu* ad M. Parker.
6. De prioribus eccleſiæ Chriſti Cant. et nomina eorum ab adventu Normannorum nam antea decani vocabantur, ad Thomam Goldwell ultimum priorem.
7. Obitus et exequiæ Thomæ Bouchier preſbiteri cardinalis et Cantuarienſis archiepiſcopi.
8. The deſcrypcion of the pageantes made in the cyte of London at the recevyng of the moſt excellent pryncys Charlys the fyfte emperour and Henry the VIII. king of Englond.
9. Nomina monachorum eccleſiæ Chriſti Cantuar. a tempore exilii eorundem A. D. I. 1207, idibus Julii A. R. regis Iohannis octavo [ad annum 1527.]

* *altera manu addit. ut videtur a M. P.* *

10. Excerptum bullæ papalis contra convivia quæ nomine benevolentiæ a prebendario intrante reſidentiam ſuam in eccleſia cathedrali exigebantur.

Dicitur " *talia convivia per quadraginta dies continuari, et ex-*
" *penſas eorundem ad* c *libras ſterl. communiter aſcendere.*"

11. De fundatione abbatiæ Beverlacenſis.

* * *in membranis ſeculo xiv ſcript.* * *

12. Cronica [Thomæ Stobbes ſive Stobrei dominicani] de ſucceſſionibus et geſtis Ebor. archiepiſcoporum.

* * *in chartis a Parkero addit.* * *

13. Excerpta e regiſtro veteri epiſcopi Roffenſis de eccleſia Roffenſi.
14. Epiſtola Edwardi I. ad papam de jure ſuo in regnum Scotiæ.
15. Epiſtola Canuti regis Angliæ ſcripta Romæ, in qua teſtatur papam conceſſiſſe, ut archiepiſcopi Angliæ non amplius Romam ire cogerentur pallii cauſa: — *cui ſubjungitur* brevis narratio

14.] *Vide* CX. 4. CCXCII. 6.

ratio rerum Anglicanarum a morte Canuti ad mortem filii ejus Hardicnuti.

16. De pontificali ſede quomodo primitus ſtatuta ſit Wigorniæ, et de poſſeſſionibus quæ a regibus ſubregulis et bonæ recordationis viris, datæ ſunt Wigornenſi eccleſiæ.

" *Hæc deſcripta e libro quodam veteri eccleſiæ Wigornienſis vocato* " *opuſculum Bedæ de diverſis epiſcopatibus.*"

17. Breve annales rerum memorabilium in Anglia, præſertim ab anno 1530 ad annum 1540.

18. Excerpta ab hiſtoria libri monaſterii Jovenallenſis in vita regis Edgari, de cruce loquente apud Winton.

19. Epiſtola Alexandri papæ ad Wilhelmum conquiſitorem *e quodam vetuſto libro eccleſiæ Cantuar. vocato paſſionale S. Ignacii jam in manibus Mag. Bower.*

20. De ſynodo habita Winton. anno 1076, ubi matrimonia clericorum prohibebantur, *ex vetuſto libro e biblioth. Wigorn.*

21. Profeſſio Thomæ Ebor. archiepiſcopi: et catalogus omnium epiſcoporum qui tales profeſſiones fecerunt archiepiſcopis Cant.

22. Canones ſynodi epiſcoporum Patricii et Iſſernini.

23. Synodus Londini ſub Anſelmo contra uxores preſbiterorum.

24. Paſchalis papa ad Anſelmum.

25. A determination of a doctor of divinity againſt them that ſay it is not lawful to have holy writte and other bookes in Engliſhe.

26. Queſtio determinata per Mag. Nicolaum dictum Trivet de ordine predicatorum, quod omnia ſunt admittenda quæ tradit eccleſia circa paſſionem Chriſti.

CCXCIX.

Codex membranaceus in 4to, *ſeculo xiii ſcriptus, in quo continentur,*

1. De concordia veteris et novæ legis ſacramentorum.

2. Ivonis

22.] *Vide* CCLXXIX.

25.] *Vide* C. 3.

CCXCIX.] *Vet. Cat.* T. 6. *MSS. Angl.* 1560—293.

CCXCIX.

2. Ivonis Carnotenſis epiſtolæ xcv, et una Urbani ad illum et populum Carnotenſem.
3. Fletus eccleſiæ Anglicanæ ob mortem Anſelmi.
4. Anſelmi archiepiſcopi Cantuar. epiſtolæ ccxv.

CCC.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xiii ſcriptus, in quo continetur,

Pictor in carmine, ſive hiſtoriæ veteris et novi teſtamenti in eccleſiis pingendæ, carminibus expreſſæ.

CCCI.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xiv ſcriptus, in quo continentur,

1. Annales eccleſiæ Auguſtini Cantuar.
   Deſinunt in anno 1316.
2. Advice from a father to his ſon on the management and improvement of his eſtate: *in French.*
   This treatiſe contains a ſuccinct account of the mode of huſbandry and rural economy of the times: it appears to have been written in the reign of Edw. III.
3. De nativitate et ætate Chriſti.
4. De ſtationibus Romæ.
5. Les uſages et les conſtumes les queus la comunaute de Kent clayment aver en gavelikende et en gens gavelikendyes.
6. De equis medicandis *Gallice.*
7. De monaſteriis in Anglia et eorum fundatoribus.
8. De ſitu Ieruſalem.
9. Cuſtumale et excerpta ex privilegiis monaſterii S. Auguſtini.

CCCII.

Codex membranaceus in 4to, paulo poſt conquiſitionem Angliæ ut videtur ſcriptus, in quo continetur,

Homeliarum Saxonicarum tomus quintus.

CCCIII. *Codex*

4.] *Vide* CXXXV. 1.
CCC.] *Vet. Cat.* N. 21. *MSS. Angl.* 1464—187.
CCC.] *Vide* CCXVII. 12.
CCCI.] *Vet Cat.* A. 7. *MSS. Angl.* 1283—7.
CCCII.] *Vet Cat.* S. 9. *MSS. Angl.* 1538—271.

CCCIII.

Codex membranaceus in 4to, poſt conquiſitionem Angliæ manu Narmannico-Saxonica ſcriptus, quo continetur,

Homeliarum Saxonicarum tomus nonus.

CCCIV.

Codex membranaceus in 4to, venerandæ antiquitatis, literis quadratis capitalibus, ſine ulla vocum diſtinctione ſcriptus, in quo continetur,

Calvetii Aquilini Juvenci hiſtoria evangelica, lib. iv.

CCCV.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xv ſcriptus, in quo continetur,

[Ricardi] Nottinghamienſis expoſitio ſive ſermones in evangelia "*extracta ab illa magna compilatione quæ appellatur Nottyngham ſuper* "*evangelia.*"

CCCVI.

Codex membranaceus in forma oblonga, ſeculo xiv ſcriptus, in quo continentur,

Varia opera Albertani cauſidici Brixienſis, *viz.*

1. De doctrina tacendi et loquendi liber compoſitus et compilatus ſub MCCXLV de menſe Decembris.
2. Liber conſolationis et conſilii compilatus atque compoſitus ſub MCCXLVI in menſibus Aprilis et Maii.
3. Liber de amore et dilectione Dei et proximi et aliarum rerum et de forma vitæ quem Albertanus compilavit ac ſcripſit cum eſſet in carcere domini imperatoris Frederici in civitate Cremonæ in quo poſitus fuit cum eſſet capitaneus Gavardi ad defendendum locum ipſum ad utilitatem communitatis Brixiæ anno Do-

---

CCIII.] *Vet. Cat.* S. 17.
CCCIV.] *Vet. Cat.* N. 22. *MSS. Angl.* 1463--186.
CCCV.] *Vet. Cat.* O. 9. *MSS. Angl.* 1481--214.
CCCVI.] *Vet. Cat.* T. 3. *MSS. Angl.* 1553--286.

Domini milleſſimo ducenteſſimo triceſſimo octavo de menſe Auguſti in die ſancti Alexandri quo obſidebatur civitas Brixiæ per eundem imperatorem, indictionis undecima.

4. Sermo habitus inter cauſidicos et notarios ſuper confirmatione vitæ illorum.
5. Sermo factus ſuper illuminatione et ſuper ſpirituali et corporali refectione et quæ ſint neceſſaria in refectione.
6. Sermo habitus inter fratres minores et cauſidicos Brixienſes.
7. Sermo ad cognoſcendum quæ ſint neceſſaria in convivio et quomodo debeamus intelligere ſuper egenos et pauperes.
8. Sermo habitus inter cauſidicos Brixienſes apud fratres minores ſuper doctrina timoris Domini.
9. De omnibus ordinibus omnium hominum in hoc ſeculo viventium.

" *Iſte liber eſt communitatis fratrum predicatorum London.*"

CCCVII.

Codex membranaceus in 4to, cujus prior pars literis Saxonicis vetuſtioribus ſcriptus, continet

1. Vitam S. Guthlaci per Felicem Croylandenſem.

In poſteriore parte, ſeculo xv ſcripta, continentur tractatus ſequentes.

2. Floriloquium philoſophorum Iohannis Wallenſis.
3. Ejuſdem breviloquium de philoſophia ſive ſapientia ſanctorum.
4. Tractatus de legibus ſacræ ſcripturæ.
5. Sanctorum exempla et collectiones de penitentia.
6. De ente et eſſentia.

CCCVIII.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xii exaratus, in quo continentur,

1. Paſſio ſancti Athelberti regis et martiris, autore Oſberto monacho de Stoke-Clare.

2. Eluci-

CCCVII.] *Vet. Cat.* W. 3. *MSS. Angl.* 1563--296.
1.] *Vide* CCCLXXXIX. 2.
CCCVIII.] *Vet. Cat.* W. 2. *MSS. Angl.* 1565--298.

2. Elucidarium, ſive dialogus ſummam totius theologiæ chriſtianæ amplectens, lib. iii.
Opus Anſelmo vulgo attributum, ejus tamen nomine judicibus Tannero et Caveſio prorſus indignum.
In hoc codice pariter ac in Bodleiano [*Laud E.* 9] *nomen Anſelmi occurrit in margine inter autores unde deſumpta eſt hæc collectio.*
3. Epiſtola Ivonis Carnotenſis ad virgines in Dimenſi monaſterio Sancti Avini.
4. Sermo de beata virgine.

CCCIX.

Codex membranaceus in 4[to], *ſeculo xiii ſcriptus, in quo continentur,*
1. Ricardus Anglicus, ſuperior Sancti Victoris Pariſiis, de patriarchis, de ſtudio ſapientiæ et ejus commendatione.
2. Petri Alphonſi dialogus adverſus judæos.
3. Epiſtola Dioſcori ad S. Auguſtinum, et S. Auguſtini ad Dioſcorum.
Deſunt quædam ad finem.

CCCX.

Codex membranaceus in 4[to], *ſeculo xiii ſcriptus, in quo continetur,*
Hugo [de Sancto Victore ?] de ſacramentis chriſtianæ fidei lib. ii.

CCCXI.

Codex membranaceus in 4[to], *ſeculo xv ſcriptus, in quo continetur,*
Nova cronica de geſtis regum Anglorum cum aliis incidenciis rerum notabilium et mirabilium eorum temporibus contingencium a primo rege Bruto uſque ad annum xiiii regis Henrici ſexti ſub compendio congeſta.

CCCXII. *Codex*

2.] *Vide* CLXXVII. 45. CCCCXXXIX. 4.
CCCIX.] *Vet. Cat.* T. 5. *MSS. Angl.* 1561--294.
1.] *Vide* CCCLXXXV. 3.
2.] *Vide* CCCXXXV. 8.
CCCX.] *Vet. Cat.* K. 5. *MSS. Angl.* 1387--110.
CCCXI.] *Vet. Cat.* D. 8. *MSS. Angl.* 1315—39.

CCCXII.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xii ſcriptus, in quo continentur,

1. Gocelini hiſtoria major de vita et virtutibus S. Auguſtini Anglorum apoſtoli, et de adventu ipſius ſociorumque ejus in Britanniam.
2. Ejuſdem hiſtoria major de miraculis S. Auguſtini.
3. Ejuſdem ſermo in feſtivitate S. Auguſtini Anglorum apoſtoli.
4. Ejuſdem hiſtoria minor de adventu beatiſſimi Anglorum apoſtoli Auguſtini ſociorumque ejus in Britanniam et de ipſius virtutibus.
5. Ejuſdem hiſtoria minor de miraculis S. Auguſtini.
6. Lectiones et preces in feſtis S. Auguſtini.

CCCXIII.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xiii ſcriptus, in quo continentur,

1. Lucii Annæi Flori hiſtoriæ Romanæ libri tres priores.
   Deſunt capita 22—25 *libri tertii.*
2. Collectanea quædam præſertim de hiſtoria Angliæ, *quibus hunc titulum adſcripit Parkerus* " *Imagines hiſtoriarum per Radulphum de* " *Diceto,*" *ſed temere in hac re judicavit vir doctiſſimus*; *ipſe enim Radulphus teſtatur ſe imagines hiſtoriarum ab anno* 1147 *inchoaviſſe et ad annum* 1193 *perduxiſſe*; *hæc autem compilatio, ſive ſit Radulphi ſive alterius cujuſdam, continet ſeriem pontificum Romanorum, regum et epiſcoporum Angliæ a prima converſione gentis ad tempus Ioannis regis*; *habet preterea nomina fundatorum eccleſiarum et monaſteriorum in Anglia ante adventum Normannorum, et annales de geſtis Britonum Saxonum et Danorum, et de vaſtatione regni Franciæ per eoſdem, et nonnulla ex Beda de ſitu Britanniæ, &c.*

CCCXIV.

Codex membranaceus in 4to, in quo continentur,

1. Ex-

CCCXII.] *Vet. Cat.* H. 10. *MSS. Angl.* 1367—90.
CCCXIII.] *Vet. Cat.* N. 41. *MSS. Angl.* 1472—205.
CCCXIV.] *Vet. Cat.* D. 9. *MSS. Angl.* 1316—40.

1. Expoſitio Mag. Hugonis canonici S. Victoris eccleſiæ ſuper hierarchiam theologi Dyoniſii.
2. Dyoniſii Areopagitæ angelica hierarchia ex verſione Ioannis Erigenæ.
3. Idem de divinis nominibus.
4. Idem de miſtica theologia.
5. Ejuſdem epiſtolæ diverſæ de miſtica theologia.
6. Minor expoſitio Verzellenſis ſuper IV libros Dyoniſii.
7. Expoſitio ſuper cantica canticorum ſecundum Thomam abbatem de Verſeſt.

CCCXV.

Codex membranaceus in 4to, charactere Gothico minutiori nitidiſſimo ſcriptus, in quo continentur,

1. Ricardus de S. Victore ſuper tabernaculum federis, *p.* 1.
2. Idem ſuper obſcura verba Eccleſiaſtis, *p.* 11.
3. Ejuſdem deſcriptio templi Solomonis, *p.* 19.
4. Idem in librum Regum, *p.* 35.

* * * * * *

Quæ ſequuntur charactere ſimili ſed adhuc minutiori ſcripta ſunt.

5. Andreas in libros Regum, *p.* 41.
6. Idem in libros Macchabæorum, *p.* 86.
7. Idem in libros Danielis, *p.* 95.
8. Excerptum de libro Bedæ de temporibus, de ſex mundi ætatibus, *p.* 115.
9. Libellus Bedæ de ſitu terrarum, *p.* 135.
10. De ſtatu terræ ſanctæ, ſeculo duodecimo, *p.* 141.

* * * * * *

Opus ſubſequens, charactere a precedentibus diverſo ſcriptum eſt, et ut mihi videtur haud longe poſt ætatem autoris.

11. Ri-

1, 2.] *Vide* CCCXVI. 1.
CCCXV.] *Vet. Cat.* N. 2. *MSS. Angl.* 1450--173.
5.] *Vide* XXX. 1.

11. Richardus de S. Victore ſuper viſionem et templum Ezechielis, *cum figuris diverſarum partium templi non invenuſte depictis, p.* 147.
12. Tabula diviſionis totius terræ promiſſionis.
" *Iſte liber eſt de communitate fratrum minorum Oxon.*
" *Sic me veſtiri fecit Colmanque ligari* 1419."

CCCXVI.

Codex membranaceus in 4to, *ſeculo xiv ſcriptus, in quo continentur,*

1. Dyoniſius Areopagita de angelica hierarchia cum commentario [Hugonis de S. Victore?] *fol.* 1.
2. Hugonis de S. Victore didaſcalion, *fol.* 63.
3. Aurelii Auguſtini, oratoris eximii, Hipponenſis epiſcopi de moribus catholicæ eccleſiæ, *fol.* 72.
4. Liber ejuſdem de moribus Manichæorum, *fol.* 81.
5. Liber ejuſdem contra epiſtolam Manichæi quem vocant fundamentum fidei, *fol.* 90.
6. Liber ejuſdem de opere monachorum, *fol.* 100.
7. Liber ejuſdem de fide ad Petrum, *fol.* 108.
8. Sermo ejuſdem de quatuor virtutibus caritatis, *fol.* 116.
9. Sermo ejuſdem de doctrina chriſtianorum, *fol.* 118.
10. Sermo ejuſdem ad juvenes, *fol.* 120.
11. Exortarius Auguſtini de reddendo voto, *fol.* 122.
12. Sermo ejuſdem de decem cordis, *fol.* 123.
13. De decem plagis, *fol.* 127.
14. Sermo Auguſtini qualiter homo factus eſt ad imaginem et ſimilitudinem Dei, *fol.* 128.
15. Sermo ejuſdem de penitentia, *fol.* 129.

16. Liber

CCCXVI.] *Vet Cat.* Q. 12. *MSS. Angl.* 1532--265.
1.] *Vide* CCCXIV. 1, 2.
2.] *Vide* CCXCIV. 3.
7.] *Vide* CLIV. 38.
8.] *Vide* CLIV. 30. CCCXLIV. 19.
9.] *Vide* XXXIV. 8. CVII. 14. CLIV. 50. CCLXXXIX. 1.
12.] *Vide* CCCXLIV. 14.
13.] *Vide* CLIV. 28. CCCXLIV. 20.
15.] *Vide* XXXIV. 11. CLIV. 27. CCCXLIV. 21.

16. Liber Iſiodori junioris de differenciis, *fol.* 133.
17. Liber Senecæ de inſtitutione morum, *fol.* 139.
18. Liber ejuſdem de clementia ad Neronem, *fol.* 140.
19. Liber Auguſtini de natura et origine animæ ad Renatum, *fol.* 144.
20. Liber ejuſdem ad Petrum preſbiterum de eadem re, *fol.* 149.
21. Liber ejuſdem ad Vincentium Victorem de eadem re, *fol.* 154.
22. Retractio de diverſis queſtionibus LXXXIII, *fol.* 166.
23. De nocturnis vigiliis et horis diei, *fol.* 189.
24. Sermo beati Hieronimi preſbiteri de eſſentia et inviſibilitate et immenſitate Dei, *ibid.*
25. Iſidorus de paradiſo et ejus fluviis ex libro XIV etimologiarum, *fol.* 191.
26. Sententia beati Hieronimi preſbiteri de Melchiſedech, *ibid.*
27. Expoſitio quarundem authoritatum ſanctorum, *fol.* 192.
28. Sermo Anſelmi archiepiſcopi de dedicatione eccleſiæ, *fol.* 194.
29. Quomodo bonus homo de omnibus hominibus bonis et malis lucratur, *ibid.*
30. De XIIII partibus eternæ beatitudinis ſive commoditatis quarum VII ſunt quæ corpori aptantur et VII quæ animæ aſcribuntur quas ſi acquirit quiſquis bonus efficitur, *fol.* 198.
31. Quomodo dicitur bonus homo quadratus lapis, *fol.* 200.
32. Quot modis ſentitur Deus, *fol.* 201.
33. De trina diviſione ſtudiorum omnium hominum, *ibid.*
34. Quot genera virtutum ſunt, *ibid.*
35. Quot cauſis vivant homines Deo, *fol.* 202.
36. Qualiter quis ad perfectionem tendat et in pace vivat, *ibid.*
37. Quatuor ſunt modi precipiendi et quatuor obediendi, *fol.* 204.
38. De pace facienda, *ibid.*
39. De ſeptem gradibus montis humilitatis, *ibid.*
40. Quid ſit detractio.

41. Quæ

17.] *Vide* CLXXVII. 9. CCCCXLI. 13.
19.] *Vide* CCCXLIV. 10.
20.] *Vide* CCCXLIV. 11.
23.] *Vide* CCCXLIV. 12.

41. Quæ ſunt habenda ut bonus efficiatur.
42. Quod bonitas cujuſque fidelis omnibus hominibus ſit utilis et inſenſibili ——— angelis atque Deo et mala malis, *fol.* 206.
43. Dicta Anſelmi archiepiſcopi, *fol.* 207.
44. De tribus naturis animæ ac tribus delectationibus et quanta anima ſit legitima vel formatrix, *ibid.*
45. De appetitu cui ratio dominatur, *fol.* 208.
46. De ſedibus humilitatis quas ſuperbia non nunquam invadit; *ibid.*
47. Quare delectatur Deus potius in jejuniis vigiliis et afflictionibus hominum quam in ſatietate et quiete, *ibid.*

"*De communitate conventus fratrum ordinis predicatorum London.*"

CCCXVII.

Codex membranaceus in 4to, *ſeculo xiii ſcriptus, in quo continentur,*

1. Prohibitiones et precepta ad obſervand. in ſynodo ſacerdotibus data a venerabili G. Pariſienſi epiſcopo.
2. Sermones varii.
3. De vitiis et virtutibus.

* * *ſeculo xv* * *

4. Itinerarium ſalutis fratris Iohannis Waldeby ſuper orationem dominicam.
5. Quinque homeliæ ſuper quinque verba ſalutationis angelicæ per fratrem Iohannem Waldeby.
6. Sermones ejuſdem ſuper ſymbolum apoſtolorum.
7. Speculum S. Edmundi ſcriptum per eundem.
8. Liber S. Auguſtini Hipponenſis epiſcopi de viſitatione infirmorum ad nepotem ſuum.
9. Idem de cura gerenda pro mortuis.
10. Utrum imagines ſint adorandæ.
11. Tabula alphabetica in bibliam, *ſive* loci communes ex S. S. ordine alphabetico.
12. Tabula alia de diverſis rebus.

13. Ta-

CCCXVII.] *Vet. Cat.* K. 6. *MSS. Angl.* 1388--111.
9.] *Vide* CLIV. 49.

13. Tabula ſuper evangelia ad videndum ubi evangeliſtæ idem dicunt, et ubi quilibet ſingula.

CCCXVIII.

Codex membranaceus in 4to, *ſeculo xiii ſcriptus, in quo continentur,*

1. Eilredi Rievallenſis abbatis vita ſancti Edwardi regis et confeſſoris, *p.* 1.
2. [Eadmeri] vita Anſelmi Cantuarienſis archiepiſcopi, *p*, 140.
3. Vita Herlewini Beccenſis abbatis, *p.* 297.
4. Vita venerabilis Bedæ preſbiteri, *p.* 336.
   Ex hiſtoria Turgoti ſive Simeonis Dunelmenſis ad verbum compilata.
5. Calixtus de miraculis et tranſlatione ſancti Jacobi cum epiſtola Leonis papæ de eadem tranſlatione.
6. Turpini hiſtoria Caroli magni, *p.* 415.
7. Calixtus papa de inventione corporis Turpini, *p.* 455.
8. Vita ſanctæ Theclæ virginis et martiris, *p.* 459.
9. Vita Appolonii Tyrii, *p.* 477.
   "*Liber S. Andreæ apoſtoli de Rouceſtria, qui eum alienaverit, anathema ſit. Amen.*"
   "*Hic liber datus Mattheo Cantuar. a decano Roffenſi.*"
   "*Liber de clauſtro Roffenſi per fratrem Willelmum de Cornubia monachum.*"

CCCXIX.

Codex membranaceus in 4to, *ſeculo xiii exaratus, in quo continentur,*

1. [Pelagus Scripturarum Amalarii ?]
2. Hiſtoria actuum [apoſtolorum] a Willelmo Pictavienſi conſcripta.
3. Amalarii gemma eccleſiæ ſive de divinis officiis.

CCCXX. *Codex*

CCCXVIII.] *Vet. Cat.* D. 11. *MSS. Angl.* 1317--41.
1.] *Vide* CLXI. 16.
2.] *Vide* CCCLXXI. 18.
6.] *Vide* CCXCII. 2. CCCCXIV. 3.
9.] *Vide* CCI. 83. CCCCLI. 5.
CCCXIX.] *Vet. Cat.* N. 8. *MSS. Angl.* 1449--172.
3.] *Vide* LXVIII. 5. CXCII. CCCCXVI.

CCCXX.

Codex membranaceus in 4to, cujus prima pars ſeculo xii exarata continet,

1. Uberrimam collectionem ſermonum ſeu homeliarum in dies feſtos, &c.
   Ex S. Auguſtino precipue.
   In ſecunda parte ſeculo vii ſcripta continentur,
2. Corpus canonum Anglicanorum, Theodori *ut videtur* lib. ii. *quorum rubricas lectoris in gratiam appoſui.*

Liber primus.

I. De crapula et ebrietate.
II. De fornicatione.
III. De avaritia furtiva.
IV. De occiſione hominum.
V. De his qui per hereſin decipiuntur.
VI. De perjurio.
VII. De multis et diverſis malis et quæ non nocent neceſſaria.
VIII. De diverſo lapſu ſervorum Dei.
IX. De his qui degraduntur vel ordinari non poſſunt.
X. De baptizatis bis qualiter peniteant.
XI. De his qui damnant dominicam et indicta jejunia eccleſiæ Dei.
XII. De communione euchariſtæ vel ſacrificio.
XIII. De reconciliatione.
XIV. De penitentia nubentium ſpecialiter.
XV. De cultura idolorum.

Liber ſecundus.

I. De eccleſiæ miniſterio.
II. De tribus gradibus eccleſiæ principalibus.
III. De ordinatione diverſorum.
IV. De baptiſmate et confirmatione.
V. De miſſa defunctorum.
VI. De abbatibus et monachis vel monaſterio.

VII. De

CCCXX.] *Vet. Cat.* T. 1. *MSS. Angl.* 1548--281.

VII. De ritu mulierum vel miniſterio in eccleſia.
VIII. De moribus Græcorum et Romanorum.
IX. De communione Scottorum et Britonum qui in paſcha et tonſura catholici non ſunt.
X. De vexatis a diabolo.
XI. De uſu vel abjectione animalium.
XII. De queſtibus conjugiorum.
XIII. De ſervis et ancillis.
XIV. De diverſis queſtionibus.

3. X. Interrogationes beati Auguſtini epiſcopi Cantuariorum eccleſiæ cum reſponſionibus ſancti Gregorii papæ urbis Romæ.
4. Pretium redimendi penitentiam unius diei vel anni, *cum hac rubrica,*

"*Te nunc ſancte ſpeculator*
"*Verbi Dei digni dator*
"*Hæddi pie preſul precor*
"*Pontificum ditum decor*
"*Pro me tuo peregrino*
"*Preces funde Theodoro.*"

Hinc patet codicem exaratum fuiſſe inter annum 690 *quo deceſſit Theodorus, et annum* 704, *quo mortuus eſt Hædda epiſcopus Winton.*

5. Ordo ad dandam penitentiam, qualiter epiſcopi vel preſbiteri penitentes ſuſcipere debeant.

CCCXXI.

Codex membranaceus in 4to, *ſeculo xv ſcriptus, in quo continetur,*

1. Lectura [*ſive* Poſtillæ] in evangelium ſecundum Mattheum.
"*Liber ſi non ob alias cauſas tamen propter crebras abbreviationes*
"*olim apud veteres in uſu ſervandus.*"
"*Autore Gulielmo epiſcopo Pariſienſi qui vixit A. D.* 1230.

CCCXXII.

Codex membranaceus in 8vo *grandiori circa tempus Willelmi I. regis Angliæ nitide ſcriptus, quo continentur,*

Dialogi Gregorii papæ, lib. iv. *Saxonice.*

CCCXXIII. *Codex*

CCCXXI.] *Vet. Cat.* K. 13. *MSS. Angl.* 1395--118.
CCCXXII.] *Vet. Cat.* S. 10. *MSS. Angl.* 1537—270.

CCCXXIII.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xiv ſcriptus, in quo continentur,

1. De pena et origine Pilati et Judæ Iſcariotis, de antechriſto, de morte Senecæ, &c. *ex legenda ſanctorum.*
2. De proceſſionibus et aliis ritibus eccleſiæ Romanæ.
3. Tractatus dompni Innocentii papæ [tertii] ſuper ſeptem pſalmos penitentiales, *mutilatus ad finem.*

CCCXXIV.

A parchment book in 4to, written in the xiv century, entitled

Le miroir des dames.

In the dedication to Jane queen of France and Navaire, the writer, who was of the order of friars minor, ſays that he undertook the tranſlation of this work out of Latin into French " afin qu'elle apprende ſon devoir envers " Dieu, et comment elle doit gouverner ſa perſonne, ſon hotel et ſes ſujets et " par quelles vertus elle puiſſe venir a gloire pardurable et ſans fin."

This MS. is neatly written, and has at the beginning an illumination (now almoſt defaced) of the author preſenting his book to the queen, whoſe arms are at the bottom of the page, viz. party per pale, dexter azure, ſemée of fleurs de lys, or; ſiniſter like the dexter, with a label of three points gules in one ſhield, and in the other on a bend argent 2 lozenges gules. Hence this appears to be the very book preſented to the queen, who probably was Jane of Burgundy wife of Philip VI.

CCCXXV.

Codex membranaceus in 4to, ſeculo xiv ſcriptus, in quo continentur,

1. Vincentius Belluacenſis de puerorum nobilium eruditione.
2. Ejuſdem epiſtola de morte amici conſolatoria.
3. Idem de morali principis inſtitutione.
4. Tractatus Bernardi [Clarævallenſis] de precepto et diſpenſatione.
5. Epiſtola ejuſdem ad nepotem ſuum.

CCCXXVI. *Codex*

CCCXXIII.] *Vet. Cat.* I. 8. *MSS. Angl.* 1372--95.
CCCXXIV.] *Vet. Cat.* I. 6. *MSS. Angl.* 1374--97.
CCCXXV.] *Vet. Cat.* I. 7. *MSS. Angl.* 1373—96.
1.] *Vide* LXII. 7.

CCCXXVI.

Codex membranaceus in 8vo, *ſeculo viii ſcriptus, in quo continetur,*
Aldhelmus Schireburnenſis epiſcopus de laude virginitatis.
Ante epiſtolam nuncupatoriam habetur, ſpecimen poeſeos Angloſaxonicæ vocibus tum Latinis tum Græcis refertum.

CCCXXVII.

Codex membranaceus in 4to, *ſeculo xv ſcriptus, in quo continentur,*
1. Poſtilla *ſive* homeliæ Willelmi de Mauli in epiſtolas et evangelia per totum fere annum.
" *In hoc poſtillatore fratre Willelmo de Mauli Wicklevíſta licet ani-*
" *madvertere quam parce utitur vanis narrationibus in confirmatione*
" *cauſæ quam tractat, ſicut mos erat fere omnibus predicatoribus*
" *illius temporis introducere vanitates et inſanias falſas revelationum*
" *viſionum et aliorum portentorum. De cujus genere habes in libro*
" *ſequente hunc poſtillatorem copiam numeroſam de miraculis, &c.*
" *figmenta quidem multa, qualia fingunt poetæ de filiabus Danai quæ*
" *hauriunt aquam cribris. Hic poſtillator non ſopbiſtice aut ſcho-*
" *laſtice tractat conciones ſuas ſed ſimpliciter et pure et fere omnia e*
" *verbo Domini.*"
" *Hic in ſtudiis uſus eſt conſilio cujuſdam Petri Paine Oxon. ſub A. D.* 1430."
2. Alia poſtilla in diverſos locos, S. S. et *ut videtur* in lectiones quæ diebus feſtis recitabantur.
